Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Johannes Herolt, Conradus de Soltau, Innocentius III., Papa

Rhein-Mosel, 1460/1480, 1470/1480, 14. Jh., 4. Viertel

Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Shelf Mark: S 730

Sammlung von 56 Predigten

urn:nbn:de:hbz:5:1-428609

Hora est iam nos de sompno surgere. Verba proposita originaliter ad Romanos 13 sunt scripta. Et in epistola hodierna lectionaliter dictata. Fideles enim tenent quod Christus spiritualiter venturus est in hoc tempore adventus ad eos qui fuerint preparati. Ideo apostolus Paulus monet fideles ad preparandum se in verbis propositis dicens Hora est. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de hoc presenti tempore adventus. Et an homo a se ipso possit surgere a sompno peccati mortalis. Secundo quare peccato mortali momentaneo debetur pena eterna. Tertio quod debemus induere arma lucis i. virtutes ut in die natalis Christi honeste ambulemus.

A Quantum ad primam partem illius sermonis sciendum. Hoc tempus dicitur adventus domini quia cantus ecclesie sunt de adventu domini. Et hoc sacrum tempus est a quolibet homine devote peragendum. Et hoc ex parte divini tui maiores gratias referre debemus de tantis beneficiis eo quod verbum caro factum est. Unde secundum beatum Augustinum: In rebus ex tempore ortis ista summa gratia fuit qua deus homo factus. In cuius signum in credo flectimus genua ad hoc: Ex Maria virgine et homo factus est. Et idem faciendum est Johannis 1o: Verbum caro factum est. Exemplum ponit Ludolphus in libro de vita Christi de clerico quem diabolus percussit cum inclinare noluit ad hoc: Et verbum caro factum est. Percussit enim tunc demon. Et ubi esset scriptum verbum caro factum est cum inclinatione. Cum non te humilias ad tuam honorem maiorem et utilitatem. Unde Bernardus super cantica loquitur in persona Christi: Venio ut errantes corrigam et insultantes adiuvem. Et dubitantes in fide confirmem. Et bene agentes servitiis perfecte et pusillanimes pascere. Et temptantes ad hostium perpetue visionis mee cene communicare. Unde ipse Christus in predicationibus suis dixit de se ipso illud Luce 19: Venit enim filius hominis querere et salvum facere quod perierat. Unde etiam apostolus I ad Thimotheum 1o: Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Unde etiam Augustinus super Johannem: Nulla causa veniendi Christo domino nisi peccatores salvos facere. Venit ergo de celo magnus medicus, quia per totum mundum ubique iacebat egrotus. Unde etiam Bernardus: Venit salvator ad perditos, lux ad cecos, vitis ad deceptos, Redemptor ad venditos, medicus ad egrotos, via ad errantes, vita ad mortuos. Id ergo dignum est ut tota devotione celebremus adventum domini. Et preparemus nos ad futuram solemnitatem ut Christum Marie filium valeamus digne suscipere. Et ad hoc hortatur nos apostolus in verbis premissis dicens Hora est iam nos de sompno surgere. B

Unde hic queritur utrum homo per se ipsum possit surgere a peccato mortali sine dei adiutorio. Respondetur secundum sanctum Thomam de Aquino quod non sine auxilio divine gratie. Quia surgere a peccato est reparare hominem ad ea que per peccatum amisit

1

Incurrit autem homo triplex detrimentum peccando scilicet maculam corruptionem naturalis boni et reatum pene. Maculam quidem incurrit inquantum privatur decore gratie ex difformitate peccati. Cum autem decor gratie proveniat ex illustratione divini luminis non potest talis decor in anima reparari nisi deo illustrante. Unde requiritur habituale donum quod est gratie lumen. 2 Secundo incurrit corruptionem naturalis boni. Natura bonum non corrumpitur inquantum natura hominis deordinatur voluntate hominis deo non subiecta. Hoc enim ordine sublato consequens est ut tota natura hominis peccantis inordinata remaneat. Et talis ordo non reparari non potest nisi voluntas hominis deo subiciatur nisi deo voluntatem hominis ad se trahente. 3 Tercio incurrit reatum pene. Et talis reatus pene est per quem homo peccando mortaliter meretur dampnationem eternam qui reatus pene eterne dimitti non potest nisi a deo in quem est offensa commissa et qui est omnium hominum iudex. Item secundo. Quia peccatum est quidam casus per quem homo cadit in profundum puteum a quo propter se exire nequit nisi adiutus aliunde. Unde in psalmo 56 Foderunt foveam et inciderunt in eam. Unde et Anshelmus. Homo potest per se in puteum vel in foveam cadere sed per se non potest exire. Item peccatum est quedam vulneratio spiritualis de qua dicitur in psalmo 36 Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipiencie mee etc. Augustinus. Homo potest se ipsum vulnerare ad mortem sed non potest se ipsum vivificare. Item peccatum est vinculum vel funis quo mediante dyabolus hominem ad infernum ducit. De quo in psalmo 118 Funes peccatorum circumplexi sunt me. Potest autem homo ligari qui proprio conatu nunquam liberabitur. Item probatur in creaturis. Quando avis vel piscis vel eciam aliud animal potest per se intrare rethe vel decipulam quam nunquam per se evadet sine adiutorio alterius. Et quamvis peccator per se ipsum non potest a peccato surgere tamen non excusatur si perseveraverit in peccato quia deus omni tempore paratus est infundere graciam suam cum homo facit quod in se est. Unde Augustinus in 3 libro de penitencia. Christo semper est gratia que nunquam deficit nisi plus expulsa gracie munus quod suum est inspirat si est qui recipiat. Unde Apocalypsis 3 Ecce sto ad hostium et pulso et si quis aperuerit michi intrabo et cenabo cum illo. 4 Ubi notandum quod illo sacro tempore surgere debemus a peccatis nostris. Et nos preparare ad futuram festivitatem. Et eciam ad mortem propter incertitudinem vite nostre. Bernhardus. Quidam in [illegible] tercia quidam hora [illegible] matutinis moriuntur. Unde Luce 12 Vigilate et estote parati quia qua hora non putatis etc. Unde Gregorius super Ezechielem. Eternam nobis conditor noster diem mortis incognitum esse voluit ut dum semper ignoratur semper proximus esse credatur. Et enim dyabolus invenit

hominem in fine vite impenitentem
et iacentem in lecto peccati tunc con
tingat sicud peccatorum sepe tunc pul
satur quasi dicere storglocke. Tunc ho
surgit cito et in sua camisia vel
tunicam cito induit et non est dis
positus. Sic plerumque infirmitas
pulsat quod oportet hominem mori
et venire iam ad mortem. Et tunc
valde velociter currunt quasi procedere.
Tunc ergo induit tunicam vilem quam
invenerit quomodocumque. Sic etiam tales
faciunt parvam confessionem et peni
tenciam sicut sibi occurrit. Quia non
habet tempus aliud induere id est veram con
fessionem et penitenciam facere. Et talis
qui sic distulit penitenciam usque ad
mortem ergo aut vix penitet vel
raciter vel aliter. Rarum est ut
aliquis in fine vite sue veraciter
peniteat. Augustinus: Legi et perlegi
et relegi et non inveni aliquem in
quibuscumque libris doctorum in fine vite
nisi latronem. Eusebius in libro
de morte sancti Jeronimi. Et ore ipsius
scripsit. Et inter triginta milia
hominum ergo vix unus vere penitebit
tempore mortis sue qui emendacionem
vite sue usque in finem distulerit.
Et ergo peniteamus [illegible] dum sani
simus. Unde Augustinus in sermone 36. Et
etiam ponitur in decretis de pe. d. 7. Si
quis positus in ultima necessitate sue
egritudinis voluerit accipere penitenciam
et accipit et mox reconciliabitur
et hinc vadit fateor vobis non
illi negamus quod petit. Sed non
presumimus quod bene hinc exiit. Si
securus hinc exierit nescio. Penitenciam
dare possumus securitatem autem non.
Nequaquam dico dampnabitur. Sed

non dico liberabitur. Vis ergo a
dubio liberari, tene certum et
dimitte incertum. Age penitenciam
dum sanus es. Si sic agis
dico tibi quod securus es quia peni
tenciam egisti eo tempore quo pec
care potuisti. Si vero vis agere
penitenciam quando peccare non potes
peccata te dimiserunt non tu illa.
Item de illo magistro predicatore qui
noluit confiteri nisi in extremis
suis. Require in promptuario exemplorum dis
tinctione 19. Quarto ad 2um principale
dicit hic apostolus abiciamus ergo
opera tenebrarum id est peccata morta
lia que dicuntur opera tenebrarum
que ducunt peccatores ad eter
nas penas ubi erit fletus et
4 stridor dencium. Quarto queritur quare
peccato mortali momentaneo debetur
1 a deo pena eterna. Respondet sanctus
thomas super 4 sententiarum d. 46. Et
etiam alii doctores. Et competit divine
iusticie eternaliter punire peccatores
propter quadruplices causas. Pri
ma est quia offensa mensuratur
secundum dignitatem persone. Et ideo de
principe multum qui punitur tanta
pena. Cum autem regem maio
ri pena ut dicit philosophus 4 ethi
corum. Sed persona que per peccatum offe
ditur est deus dignitatis infini
te ergo offensa dabitur infinita pena.
Unde deuteronomium 25. Secundum men
suram culpe et plagarum modus.
Ergo pro culpa offense peccati mor
talis debetur pena eterna. Secunda
2 causa. Quia sicut se habet premium ad
meritum ita pena ad culpam. Sed secundum
dei iusticiam merito temporali
debetur premium eternum. Supra

illud Johannis 6 Qui videt filium et credit in ipsum habet vitam eternam. Ergo et in culpa temporali secundum divinam iusticiam debetur pena eterna.

// Tercia causa. Quia secundum leges humanas quicumque ille qui peccavit in aliqua civitate contra ipsam commisit dignus est ut tolleretur et perpetue a societate civium excludatur vel per exilium vel per mortem. Unde Augustinus de civitate dei arguit sic: Si civitas ista mortalis et terrena hominem pro temporali culpa punit eternaliter scilicet per mortem vel exilium. Ergo deus iuste punit hominem pro mortali peccato eternaliter separando ipsum a consorcio sanctorum et puniendo ipsum in inferno //

// Quarta causa est propter perversam voluntatem qua peccat. Quicumque enim mortaliter sic luxuriosus in delectatione carnis avarus in pecuniis superbus in honoribus cupidus quod sic peccavit quod libenter vellet eternaliter delectari in illo peccato si tamdiu viveret. Et ergo debetur eis pena eterna // Quinta causa quia dampnatus malignam de potentia recuperandi facere. Sed corpus suum non nutrivit. Unde in peccato mortali duo sunt scilicet aversio a deo et conversio ad creaturas. Ergo duplex erit pena dampni id est privacio visionis dei. Et pena sensus id est pena dolorum inferni. Gregorius: Momentaneum quod delectat perpetuum est autem quod cruciat. O quam horribile sit dampnari homines eternaliter hoc patet per tale exemplum. Quod si esset mons arene decies maior toto mundo Et avicula parva quociens mille anni essent preteriti tolleret unum granum arene deportaret. Et si dampnatus in inferno se sciret liberari posse tunc quando totus mons ita successive esset deportatus illius pena esset tali spe mitigaretur. Sed non erit sic in impiis quia in inferno nulla est redemptio nec dolorum mitigatio secundum Bedam. Unde aristoteles libro 8 ethi. finiti ad infinitum nulla est proportio.

3

E // Veniendo ad 2am partem dicit apostolus Induamur arma lucis id est virtutes que dicuntur arma ut in die sancte nativitatis Christi honeste ambulemus domino nostro Ihesu Christo per omnia placentes. // Pro quo sciendum quod nihil deus creavit nichil est melius nec preciosius virtutibus. Unde tam nobilis est virtus ut omnes in celo et in terra tam angeli quam sancti non valent commendare sufficienter omnibus gaudiis premiis virtutes virtutum hominum nisi solus deus. Augustinus in libro de civitate dei: premium virtutis est ipse deus qui dedit virtutem. Item virtus inter dona creata primum et optimum donum est. Augustinus: virtus est ars donum excellentissimum. Unde felix est qui possidet eam. Unde dicit David ut habetur psalmo 137: multiplicabis in anima mea virtutem. Multiplicata enim virtute adipiscitur in presenti premium gratie et in futuro premium glorie. Primo tamen premium est virtus quia solus virtuosus est beatus. Unde philosophus: Virtus est que habentem perficit et opus eius laudabile reddit. Unde et moralibus Seneca: virtutes faciunt hominem bonum. Et hoc non solum in futuro sed etiam in presenti homines letificant. Prudentia. Beatus est qui

2

tenuit illam. Hoc nesciunt nec intelligunt multi peccatores. Ut dicit psalmista: Beatum dixerunt populum cui hec sunt. Sed beatus populus cuius dominus deus eius. Seneca in epistola: Nulla possessio, nulla vis auri et argenti pluris quam virtus est estimanda est. Unde etiam ipse in epistola: Omnes virtutes sibi herent, ut qui una caruerit omnibus careat, qui ergo unam habet omnes habet. Unde Gregorius in moralibus: Absit quod tanta sit delectatio in peccatis et vitiis quanta in virtutibus. Ubi notandum quod peccator non potest per se resurgere a peccato postquam lapsus est, ostenditur in elephante. Dicit enim Avicenna in libro de animalibus: Elephas est maximum animalium terrestrium inter quadrupedia. Et venatores volentes capere elephantem isto utuntur ingenio. Notandum quod assuescat arborem cui adherere consuevit quando dormire vel quiescere vult. Non enim iacet quia propter molem corporis surgere non valet dum in terra steterit. Et ideo incidunt arborem illam in aliqua parte sed non totaliter. Unde elephas putans arborem forte et integram illud se appodiat propter firmitatem corporis. Arbor frangitur et cadit cum et elephas simul cum ea in terram. Sed dum sentit captum clamat barritu forti intantum quod alii elephantes audientes accurrunt. Et nisi modo se inclinando eum erigunt, qui per se surgere non poterat. Spiritualiter per arborem incisam et debilem intelligitur mundus qui fragilem labilem et innixerit. Cui si homo adheserit volens in ipso quiescere per nimium amorem cum eo cadit. Quia ut dicit Gregorius: Cum labenti innititur necesse est cum labente labatur.

Sed quid hoc debet facere qui sic cecidit? Et per se non potest resurgere, debet clamare ad dominum per orationem et attendere illo sacro tempore ad confessorem suum et confiteri peccata sua cum contritione cordis. Cuius confessionis vocem sacerdos audiens et deus cognoscens barritum intuentes erigunt ipsum peccatorem de fovea. Et lapsus in peccato unde per se ipsum resurgere non poterat deus indulgendo et sacerdos in absolvendo. De hoc clamore et voce confessionis habemus figuram in evangelio Luce xvii de decem leprosis. Qui clamaverunt de longe: Ihesu preceptor miserere nostri. Et sic mundati dum irent se ostendere sacerdotibus ex iussu Christi.

Quecumque enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Ad Romanos xv. Iohannes de sancto Geminiano dicit: Sed prima perfectio mea in cognitione sacre scripture consistit. Unde Iohannis xvii: Hec est vita eterna ut cognoscat ipsius doctrinam et scripturam sacram. Apostolus ergo volens manifestare quod sicut dei in creaturas visibiles propter hominem fecit, ita propter hominem sacram scripturam revelavit. Unde i Cor ii: Nobis autem revelavit deus per spiritum sanctum. Et ii ad Thymotheum iii: Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum. Ergo apostolus dicit in verbis propositis: Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo quod in nostro corpore duo sunt libri, scilicet liber vite et liber mortis

Secundo quod ad nostram doctrinam scripta sunt scripta que quotidie attendere debemus. 3o de paciencia et spe quam habere debemus.

R

Quantum ad primum sciendum est quod antique historie sunt magistre vere quod in eorum temporibus aut pallaciis consueverunt esse duo libri. Unus liber vite in quo erant scripta beneficia recepta sunt quando et qualiter prestita et non premiata. Alius dicebatur liber mortis in quo erant scripta malefacta que non erant punita sed punienda. In quibus libris ne per oblivionem beneficiorum beneficia remanerent impremiata et maleficia remanerent impunita. Sepius ipsi reges predicta legere consueverunt. Quibus prelectis benefactores non premiati premiabantur ut in figura legitur Hester 6. Cum rex Assuerus noctem duceret insompnem iussit sibi afferri historias et annales ubi libri singulorum actorum historias continentes quantum ad benefacta et malefacta. Et cum invenisset quod Mardocheus revelaverat insidias eunuchorum regem iugulare volentium et de hoc non fuisset remuneratus precepit eum ipsum remunerari et proditores puniri. Sic sacra scriptura per similitudinem loquitur de curia Christi in qua sunt duo libri. Unus dicitur liber vite in quo sunt scripti benefacientes qui digni sunt vita non solum temporali sed etiam eternali. Alius dicitur liber mortis in quo sunt scripti malefacientes quo digni sunt morte temporali et eternali. Unde Apocalypsis 20: Libri aperti sunt et alius liber apertus est qui est liber vite et iudicati sunt mortui ex hiis que scripta erant in libris. Et quemadmodum scripta sunt in hiis libris sive sint premiaciones bonorum vel puniciones malorum secundum apostolum ad nostram doctrinam scripta sunt.

h

Quantum ad secundam partem sciendum. Que principaliter scripta sunt scripta ad nostram doctrinam. Primum est fides katholica ad credendum. Johannis 20: Hec autem scripta sunt ut credatis quod Jhesus est filius dei etc. Quia fides est fundamentum salutis. Augustinus: Fides est omnium bonorum fundamentum. Fides est humane salutis inicium. Sine hac enim nemo potest ad filiorum numerum pertinere. Quia secundum apostolum ad Hebreos 11: Impossibile est sine fide placere deo. Quia si aliquis tot bona opera faceret sine fide quot facit totus mundus non propter hoc haberet regnum celorum. Sed per unum pater noster in caritate et fide unam mansionem haberet in regno celorum quam per omnibus bonis operibus que possunt fieri contra fidem. Et quilibet christianus non debet dubitare in hiis que sunt fidei sed firmiter et constanter credere omnes articulos fidei unde dicitur in decretis. Constantia fidei debet esse tanta ut plus auferatur vita quam fides 23 q. 8 Convenior. Item ad confirmandam fidem katholicam Require in principio tractatus ff. y. Secundum sunt precepta divina ad observandum de hiis preceptis scripta habetur Exodi 24 ubi agitur de preceptis de duabus tabulis scriptis digito dei. Unde hic queritur utrum quilibet homo tenetur scire precepta dei. Respondetur quod quilibet homo adultus tenetur scire dei precepta et discere ad minus implicite sed quod hoc sit preceptum dei non ass

q° q

sumere nomen dei in vanum Et ho
norare parentes Non furtum facere Non
mechari Non falsum testimonium proferre
zo͂ps Et quot illorum sunt primum 3m
et 4m non ytem [illegible] hoc [illegible] non
requiritur scire Quia hoc est scire pre
cepta dei explicate sed plus dictum
est et non excusatur Et transgredi
dei precepta propter ygnoranciam Et presul
tem sit addiscere et scire Unde augustinus
de libero arbitrio Ideo divina precepta sunt
ut excusacio non habeatur de ygnoran
5 cia Et in signum huius decem precepta
sunt in manibus nostris per decem di
gitos Et in pedibus per decem pe
dicas pedum ne obliviscamur precep
torum dei nobis data Tertium sunt
mortalia peccata ad penitendum de pre
teritis et cavendum de futuris Et
merito quia unum peccatum mortale gravius
est omni metallo Quod sic patet
Si omnes montes essent plumbei et
super unum istum hominem caderent non
possent ipsum ad infernum trahere Sed
peccatum mortale ita ponderosum est quod
in momento illuc traxit nobilissimum
spiritum scilicet luciferum Unde dicitur luce 10
Videbam sathanam sicut fulgur de
celo cadentem Sic eciam peccatores tra
huntur in infernum quam cito anima
9 separabitur a corpore Job 21 In punc
to ad infernum descendunt Unde hic
10 queritur Quid sit peccatum mortale Respondetur
secundum augustinum Est dictum vel factum vel
concupitum contra legem dei Et sanctus
thomas 2a 2e q 24 peccatum mortale est
quod tollit spiritualem vitam que est
per caritatem Unde illud peccatum ex suo
genere est mortale quod secundum propriam racionem
contrariatur caritati Sed in omnibus
peccatis que sunt secundum genus suum mortalia
considerandum est quod non sunt mortalia

nisi quod propter perfectionem consequitur scilicet
in consensu racionis Unde si sit in
choatio peccati in sola sensualitate
et non pertingat usque ad consensum
racionis propter imperfectionem actus est pec
catum veniale sicut de primis motibus
concupiscencie vel invidie Item queritur utrum
voluntas et opus exterius sint unum
peccatum Respondetur secundum petrum Si loquimur de vo
luntate et opere prout sunt coniuncta
ut causa et effectus sic sunt unum
peccatum formaliter Si non loquimur prout
sunt separata ut prius secundum aliud et
aliud tempus sic sunt diversa peccata quia
diverse circumstancie et [illegible] Quar
tum iudicium extremum ad timendum Apostolus
ad Ro 13 Omnes stabimus ante tri
bunal christi unusquisque pro se reddet
racionem de cogitacionibus Sap. 1°
In cogitacionibus impii interrogacio
erit Item in verbis Mt 12 de omni
verbo ocioso quod locuti fuerint
homines reddent racionem De operibus
Eccl. 6. Cuncta que fiunt adducet
deus ad iudicium Unde ait anshelmus
de consciencia O angustia Hinc dex
tra erunt peccata accusancia Illinc sinis
tra infinita demonia Subtus hor
rendum chaos inferni Desuper iudex
iratus foris mundus ardens Intus
consciencia urens Ubi iustus vix
salvabitur Heu miser peccator sic de
prehensus quo fugiet Latere erit im
possibile apparere intollerabile Tunc
enim incipient dicere montibus cadite super
nos Sciendum est quod utile est hec
cogitare extremum iudicium Unde bernhar
dus Nulla res sic nos ab omni peccato
conservat immunes sicut terror supplicii
et iudicii et amor dei Item nunquam
in penitencia eciam fuerit tot malicie
quot erunt tempore antichristi eciam sine

M mundi. Secundum sunt exempla sanctorum ad imitandum. Unde Gregorius: Ad ostendendam innocentiam venit Abel, ad docendum munditiam venit Enoch, ad insinuandam longanimitatem spei et operis venit Noe, ad ostendendam obedientiam venit Abraham, ad demonstrandam coniugalis vite castimoniam venit Ysaac, ad insinuandam laborum tolerantiam venit Jacob, ad rependendam pro malo bone retributionis gratiam venit Joseph, ad ostendendam mansuetudinem venit Moyses, ad insinuandam contra adversa fiduciam venit Josue, ad ostendendam inter flagella patientiam venit Job. Sic etiam de nove legis principibus cogitandum. Ita in Petro singulariter nobis proposuit scriptura simplicitatem, in Johanne castitatem, in Andrea devotionis puritatem, in Jacobo pietatem, in Thoma constantiam, in Paulo sapientiam consequi. Talis vita bonorum hominum debet nobis esse exemplum. Unde Ambrosius: Talis vita est nobis norma vivendi. Unde Bernardus: Virtutes hominum et mores eorum consideremus: aliud intueri singularem abstinentiam, alium admirabilem patientiam, aliud summe humilitatis, aliud fervente caritatis, aliud multe mansuetudinis, aliud magne ire et pietatis, aliud in contemplatione ferventer excedere, aliud orationis instantia celos penetrare. De quibus omnibus tamquam apes quod melius in eis invenimus in cordibus nostris alveolum comportemus. Unde Hugo de claustro anime libro 2o: Sic luceat lux vestra coram hominibus. Hoc autem sufficit ut appareat mundo in effectu benignitas, in voluntate humilitas, in habitu modestia, in conhabitatione patientia, in tribulatione. Unde etiam Cesarius in epistola: Quando quoniam vel humilitate et perfecte caritatis ostenderis in tanta et pro talibus eterna premia possidebis. Et videtur mihi quia illa humilitas aliquorum confundit superbiam, et quorundam caritas proximi exstinguit invidiam. Cuiusque obedientia alterius superbiam tacite increpat. Cuiusque fervor alieni corporis inertiam corripit, qui proximi sui turbatus fervore stultum cordis gratia consolatorem atque illuminatorem illuminat.

D Tertium sunt recordatio eterne supplicia. Job 13: Scribis enim contra me amaritudines. Rex de amaritudine penarum illarum dicit Bernardus: Una scintilla gehenne ignis plus ledit quam si in dolore partus mulier mille annos parturiret. Unde etiam Augustinus: Minima pena inferni est maior omnibus penis huius seculi. Et propterea fuit in hiis penis per tot mille annos quot sunt celi stelle, arene maris, et spe non potest habere expediri de tantis penis, ut dicit Beda: In inferno nulla est redemptio nec doloris mitigatio.

P Quartum sunt premia electorum ad appetendum. Apocalipsis 14: Scribe: beati mortui qui in domino moriuntur. De quibus gaudiis et premiis dicitur in psalmo 89: Quia mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna que preterit. Unde etiam apostolus 1 Cor 2o: Oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Unde etiam Augustinus: Sic nullum gaudium temporale ex aliqua parte simile potest inveniri gaudio vite eterne quod electi accepturi sunt, ita nullus cruciatus penarum temporalium potest sempiternis maiorum cruciatibus comparari. Item de illo nomine qui audiunt gaudia celi et tormenta

R

inferni. Ricardus in promptuario S. 17. Quan-
tum ad 2am partem illius sermonis dic-
itur applicando ut per pacienciam scz in
adversis et consolacionem scz in prosperis
perfectionem habeamus scz perveniendi ad glo
riam beatitudinis. Quantum adducitur hic utrum iniu-
rie sint semper sustinende. Ricardus secundum
thomam 2a 2e q. 108. Mala tolleranda
sunt a bonis in hoc quod ab eis iniurias
proprias paciente sustineant. Non enim
sunt boni qui mala tollerare non
potuit. Hoc tamen intelligendum est quod
quando iniuria illata persone ad solam perso
nam pertinet tunc enim paciente sus
tinenda est. Quando autem redundat
in iniuriam dei et anime tue debes
quantum pro iniuria ulcisci. Unde
Crisostomus super math. In iniuriis pro
priis esse propriam paciente lauda
bile. Iniurias autem dei dissimulare
impium est. Item queritur hic utrum
percucienti una maxilla semper sit
altera prebenda. Ricardus tamen augustinus in epistola
de pueri certificacionis d. Precep
ta paciencie magis sunt ad preparationem
cordis quam ad opus quod in aperto fit
ut in secreto teneatur tunc paciencia
In manifesto autem id fiat quod eis videtur
prodesse quibus bene velle debemus. Unde
dominus ihesus se percucientem reprehendit
Jo 18 d. Si male locutus sum testimonium
perhibe de malo. Si autem bene cur me
cedis. Et paulus percussus in facie
dixit. Percuciet te deus paries deal-
bate. Actuum 23. Si autem hoc non pro
dest percucienti unam maxillam quantum
ad eius promptitudinem exhibenda est
altera. Quoniam per pacienciam esse
victores lucri deo possumus. Unde
exemplum de monacho qui prebuit percucienti
aliam maxillam. In promptuario p. 5.

q°

R

Sic nos existimet homo
ut ministros christi 1 Cor
4 c. Glosa. Quilibet homo est quasi
minister et servus christi est. Ex
nomine et re christianus est .i. christi
servus. Et ideo oportet quemlibet
christianum sollicitum esse ne sit servus
infidelis vel inutilis. De quo dicitur
math 25. Servum inutilem pro
iecite in tenebras exteriores etc. Sed
pocius fidelis ei gratum beneficium
exhibendo ut per quemodum mereatur a
christo audire illud math 25. Ser
ve bone et fidelis intra in gaudium etc.
Quantum ad hoc tamen sumus ut ei tamquam
creatori nostro serviamus. Unde dicitur in
ps. 99. Ipse fecit nos et non ipsi
nos. Et si hoc non fecerimus tunc dig
ni erimus ad [illegible] condigni. Ne
autem hoc malum nobis contingat
tunc debemus nos ostendere verbo
et exemplo ut ministros christi. Unde
in presenti sermone tria sunt dicenda. Pri
mo que sit lex inter dominum et mi
nistrum eius. 2o de suspicione et
iudicio temerario. Tercio exemplum
Quantum ad primum. Talis hec est
lex inter dominum et ministrum ut
ipse minister sollicitus sit ut domino
suo ad voluntatem eius serviat fa
dominus autem sollicitus est quod ministro
suo provideat. Hoc facit dominus noster
ihesus christus qui temporales mercedes
pie largitur administrat suis ministris
Unde dicitur in ps. 36. Nunquam vidi
iustum derelictum. Unde math 6.
Nolite solliciti esse dicentes quid manducabimus aut
quid bibetis. Super hunc locum dicit
glosa. Non est intelligendum quod deus
inhibeat providenciam et laborem
per quem homo in sudore vultus sui
vescetur pane suo sed notat sollicitudinem

que mentem perturbat et ab eternis revocat Unde Gregorius in moralibus Sollicitudo temporalium mors est et exercitatio spiritualium Unde Bernardus in sermone Corrumpit quippe secularibus desideriis animi delectatio sancta declinat nec misceri poterit vana veris eterna caducis spiritualia temporalibus, summa ymis ut pariter sapias que sursum sunt et que super terram De quo notandum quod sollicitudo temporalis est duplex, prima est necessitatis et ista est concessa videlicet de necessariis scilicet quod homo tantum laboret ut tantum sollicitetur quantum expedit vite humane pro eius sustentatione ut sic possit vivere et servire deo Ideo temporalia non sunt petenda nisi cum moderamine scilicet quod tantum detur quantum expedit pro necessitate et non plus Et sic Salomon petivit dicens paupertatem et divitias ne dederis mihi Sed tantum victui meo tribue necessaria Unde et apostolus Habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simus Unde et Jeronimus in prologo biblie Victus et vestitus sunt divicie christianorum Unde psalmus 36 Melius est modicum iusto super divitias peccatorum multas Alia est sollicitudo superflua quam habent avari qui die noctuque qualiter congregant temporalia cum toto affectu cordis sive iuste sive iniuste et quantumcumque congregat tamen quod numquam contentatur Sed semper anhelat ad plura habenda Unde Augustinus in quadam epistola ad comitem Avarus inferno est similis Infernus enim quantumcumque consumpserit devorando nunquam dicit satis est Et si omnes thesauri confluxerint in avarum Et sic superflua sollicitudo facit avarum ministrum diaboli Unde Matthei 3 Nemo potest duobus dominis servire Non potestis deo servire et mammone Unde Innocentius de vilitate conditionis humane Avaricia secundum apostolum est ydolorum servitus Sicut ydolatria servit simulacro Sic avarus thesauro Nam ille cultum ydolatrie frequenter ampliat Et iste cumulum pecunie libenter augmentat Ille cum omni diligentia colit simulacrum et iste cum omni cautela custodit thesaurum Ille spem ponit in ydolatria et ille spem constituit in pecunia Ille timet mutilare simulacrum et iste timet minuere thesaurum Unde dicit quidam versus Avaricia semper sit peccatum mortale Respondeo secundum Thomam 2 2e q 18 Avaricia potest accipi dupliciter Uno modo quod aliquid iniuste accipiet vel retineat res alienas quod pertinet ad rapinam vel furtum et sic quia suo genere est peccatum mortale, Alio modo potest accipi avaricia secundum quod importat inordinatum amorem diviciarum qui si intantum crescat quod preferatur caritati dei vel proximi ut scilicet propter amorem diviciarum aliquid non vereatur facere contra amorem dei et proximi erit peccatum mortale Si autem inordinatio amoris in hoc consistat ut scilicet homo quamvis superflue divitias amet non tamen preferret amorem earum amori dei vel proximi scilicet propter divitias non velit aliquid facere contra deum et proximum sic est peccatum veniale Item contra illam materiam avaricie queritur utrum liceat habere columbas Unde Gotfridus de fontibus in quodlibet In duobus casibus licet habere sine culpa columbas ... columbe tenentur satisfacere de dampno illato a columbis Primus

est quod dominus retinet sibi in t duod
fere decimarum primarum habentes plus ipsa
columbe quam tunc non invadit sed accipit
sibi ipsum debitum // Secundus casus est
quod sunt in terra ubi tamen licet habere co
lumbas quia non sustinent pastum columbe
et tamen et terra ista sicut videtur
venisse ex quasi omnium consensu Et io
sunt omnes habere quod alicui dico
licet tamen habere si velit vel quod liceat
at In alio vero casu non licet Sed
qui aliter habet tenetur restituere dap
num illatum a columbis suis ab aliis
domesticis animalibus quam dum ad se
redeunt Unde qui columbas habet preter
dictos duos casus licet teneatur eas pasce
re de suo vel reddere dampnum passis
si pastum alium non possunt columbe
tenere sine peccato Hoc autem atten
dere debent qui ex avaricia habent
multitudinem columbarum in dampno
proximorum suorum Unde etc. Et hoc
exemplum legitur in dyalogo Cesarii
Et quidam habuit columbas plu
mas dictum est ei a confessore suo quod
mittendo illas communiter peccaret eo quod
sata et communia lederet proximorum
Die autem quadam ad comedendum
annonam venientes cum omnes convocasset
sint in unum congregate Clara vo
ce multis audientibus dixit Vos co
lumbe si voluntas dei est penes me
habitetis tunc maneatis Sin autem pre
cipio vobis in nomine eius ut statim
recedatis ad quod verbum nigromantes
columbe se sublevantes evolaverunt
neque ultra reverse sunt // Quantum 3
ad 3m scilicet de suspitione et iudicio
temerario dicit apostolus Nolite
ante tempus iudicare quousque veniat do
minus et illuminabit abscondita tenebrarum Cavent hanc
doctrinam multi faciunt qui facile
proximos nimis temerarie iudi

cant in verbis et factis eorum
Ubi notandum secundum Augustinum in quodam
sermone dicit Quedam sunt manifes
ta mala Quedam vero occulta que
dam media Sunt quedam manifesta
sicut furtum rapina adulterium scilicet
per blasphemia et hiis similia Talia
manifesta mala non possunt fieri bo
no animo iudicare licet Quedam
vero occulta et sunt dei iudicio reli
quenda Veniet et illuminabit abscon
dita tenebrarum Sunt autem media
que in meliorem partem sunt interpretan
da Unde Augustinus super illo verbo mathei
vii Nolite iudicare ut non iudice
mini hoc loco nihil aliud precipi
pi estimo Nisi ut ea facta que
dubia sunt quo animo fiant in me
liorem partem interpretemur de hiis autem
que non possunt bono animo fieri sicut blas
phemie stupra et hiis similia nobis
iudicare permittitur De factis autem
mediis que possunt malo et bono
animo fieri temerarium est iudicare
maxime ut condempnemus Ergo apostolus
hic dicit Nolite ante tempus iudicare
B // Ubi notandum secundum tullium quod tripliciter
potest male suspicari Primo quod
quis est malus in statu suspicatur
malum de alio Unde Ieronimus super ma
theum Qui hoc sunt se estimat alterum
2 // Secundo quod quis alium odit statim
suspicatur malum de eo Augustinus Certum
est quod de malo inito nemine in
dicare qui tamquam me ipsum dili
gere // Tertio alonge experientia
Unde philosophus 2o rhetorice dicit Senes
sunt suspiciosi ex longo tempore sunt ex
perti defectus aliorum duo primi sunt
peiores Ubi notandum Et sic hoc
patet tria mala suspicatur et sunt tres
sunt gradus suspicionis primus quod

homo propter praua signa dubitat de bonitate alterius hoc non est peccatum mortale sed tantum veniale. Unde Augustinus in sermone de monte domini: Et si suspiciones vitare non possumus quia homines sumus, iudicia tamen id est diffinitivas firmasque sententias continere debemus.

Secundus gradus quando homo propter praua signa sola et levia procedit diffinitive, iudicat aliquem malum, et hoc est quod prohibetur ubi dicit: Nolite iudicare. Et tale iudicium est peccatum mortale.

3 Tertius gradus quando ex sola suspicione malignat proposito detrahendo et diffamando eum coram aliis prout faciunt detractores. Unde Ieronimus in epistola pinulogum: Est de fratre aliquid iudicare et non facilis venia cognosse de certo. O quot homines sunt infamati de mala suspicione et corporis [illegible]. Unde hic quidam: Utrum detractio sit peccatum mortale. Respondeo secundum Thomam 2a 2e q. 73 dicendum quod quia inter res temporales fama videtur praeponderare et per eius defectum homo impeditur in multis bonis agendis, ideo per detractionem per se loquendo est peccatum mortale. Et tenetur quis ad restitutionem famae proximi alterius. 4 Item aliquis ex suspicione procedit in actum sic laedendo et puniendo proximum. Unde de hoc quidam: An punire proximum sit peccatum mortale. Respondeo secundum Raymundum: Cum punitio eius vel detractio aliquid fit ex malitia vel odio et sic tunc est peccatum mortale; si autem vero fit ex caritate vel causa correctionis. Et hoc in hominibus habentibus praelationem est licita in suos subditos. Ex his dictis habemus hoc documentum quod non debemus proximos nostros faciliter iudicare. Unde etiam iam dicta quidam: Utrum dubia sint in meliorem partem interpretanda. Respondeo secundum Thomam 2a 2e q. 60 ar. 4 ut dicit glossa super illud Romanorum 14: Qui non manducat manducantem non iudicet. Ita quod hoc ipso quod aliquis habet malam opinionem de aliquo absque sufficienti causa iniuriatur ei et contemnit ipsum. Nullus autem debet contemnere aut nocumentum aliquod inferre absque causa cogente. Et ideo ubi non apparent manifesta indicia de malitia alicuius debemus eum bonum habere interpretando id quod dubium est in meliorem partem. Et melius est quod aliquis frequenter fallatur habendo bonam opinionem de aliquo malo homine quam quod rarius fallatur habendo malam opinionem de aliquo bono homine. Quia ex hoc fit iniuria alicui, non autem ex primo, ut etc. Estote. In dubiis tutior via eligenda est. Exemplum de homine ad audientiam. Quantum ad 3am partem exemplum de heremita sancti qui fuit maledictus a dyabolo quod ei ministrabat. Et baculus illius sancti per noctem floruit in signum virtutis innocentiae. Hoc habetur in Vitis Patrum etc.

Gaudete in domino semper. Ista scribit apostolus ad Philippenses 4. Et originaliter et in praesenti epistola transumptive. In quibus verbis apostolus nos hortatur ad gaudendum in domino et non in mundo. Quia verum gaudium in domino non est ita ad horam sicut gaudium mundi Job 20: Gaudium mundi ad instar puncti. De gaudio spirituali dicitur Proverbiorum 15: Secura mens quasi iuge convivium. Ergo dicit hic apostolus: Gaudete in domino. Unde in praesenti sermone tria sunt dicenda. Primo de gaudio spirituali. Secundo quibus horis dominica hic ipse est. Tertio quaestionem in textu. Quantum ad primum notandum de quibus fideles in praesenti debent gaudere. Primo de bonitate dei cuius bonitas infinita est et ineffabilis. Ita quod ex bonitate sua cupit omnes homines saluare et ideo incarnatus est in hunc mundum. Luc. 19. Venit filius hominis querere et saluum facere. Vnde apostolus: Vult omnes homines saluos fieri. Non solum est natus sed etiam laborauit 33 annos. Joh. 4. Jhesus fatigatus ex itinere sedit super puteum. Insuper passus est et mortuus ut immensam caritatem nobis ostenderet. Joh. 15. Maiorem caritatem nemo habet etc. / Etiam resurrexit ut fidem resurrectionis astrueret. Vnde Gregorius li. 14 moralium super illud Job: Scio quod redemptor meus viuit. Redemptor noster suscepit mortem ne mori timeremus, ostendit resurrectionem ut nos posse resurgere confidamus. Et post hoc ascendit ut spem nostram eleuaret. Vnde Augustinus in sermone de ascensione domini: Si recte si fideliter si deuote ascensionem domini celebramus, ascendamus cum illo et sursum corda habeamus.

2 || Secundo de proximi bonitate et prosperitate quia bonum habet in rebus in corpore et in anima quo ad deum et homines. Ro. 12. Gaudete cum gaudentibus etc.

3 || Tertio de puritate conscientie. Vnde ysi. de summo bono: Conscientia bona semper gaudium habet. Bernardus super Cantica: Salubrior quies

1 anime est conscientia munda quieta et secura. Sed dicitur que faciunt conscientiam puram et quietam. || Respondet Bernardus: Duo sunt precipue que reddunt conscientiam bonam, scilicet penitere de malis et abstinere a malis et facere bona.

|| Item sciendum quod 4 gaudium spirituale confert homini quibusdam vtilitatibus.

1 || Prima est quia facit homines contemnere mundana gaudia et delectationes carnis. Gregorius: Gustato spiritu desipit omnis caro.

2 || Secunda est quia hominem roborat ad sustinendum et ad bonum agendum. Ita quod omnia ei leuia fiant que aliis grauia videntur. Sicut

mas surgere vigilias orare ieiunare cilicium portare corpus flagellare. Etiam de martiribus qui propter consolationes spirituales abunde pacienter et letanter sustinuerunt omnia tormenta ab eis. Vnde legitur de beato Stephano Actuum 7 lapides torrentes illi dulces fuerunt. Similiter et de sancto Laurencio et Vincencio et aliis sanctis.

3 || Tercia quia facit humana opera deo placabilia non enim cum amaritudine sed cum hylaritate seruiendum est deo. Vnde ps. Seruite domino in timore. Item plus valet vnum pater noster cum hylaritate et deuocione quam centum cum amaritudine. Ad Cor. 9. Hylarem datorem diligit deus. Vnde etiam in decretis: Melior est quinque psalmorum decantatio cum deuocione quam totius psalterii cum amaritudine. De con. dis. 5. Non mediocriter.

4 || Quarta est quia de dyabolo triumphat. Et ratio est quia vilem reddit animam. Vnde beatus Antonius dixit fratribus suis: Vnica res vincendi est leticia spiritualis.

5 || Quinta est quia ad gloriam eternam hominem perducit. Sicut enim quorundam pena hic incipit et nunquam finem habebit, sic quorundam gaudium hic incipit et continuabitur eternaliter. Et ratio huius est quia tales hic incipiunt de virtute in virtutem. Sic ibunt de gaudio spirituali in gaudium eternum.

|| Quantum ad 2am partem dicit apostolus: Dominus prope est. Bernardus: Hoc verbum multum frequentat ecclesia hoc tempore ut homines audientes tam dominum prope esse non pigeant se preparare ad recipiendum talem gloriosum hospitem dominum nostrum Jhesum Christum iam nasciturum in festo natiuitatis Christi.

1 Et hoc primo propter eius nobilitatem et sublimitatem. Altissimus enim est qui apud nos hospitari desiderat.

2 || Secundo propter illius hospitis vtilitatem. Alii hospites auferre solent. Sed isto hospite omnia

4

bona veniet Iuxta illud Sapie 7
Venerunt michi omnia bona pariter cum
Ioh. Ad eum veniemus et mansionem
apud eum faciemus. Ubi notandum quod tota trinitas
anime quam inhabitat confert de bonis
suis pater cui appropriatur potentia dat
ei potentiam qua mediante potest resiste
re peccatis. Filius cui appropriatur sapientia
dat ei sapientiam qua mediante potest
discernere inter bonum et malum ut
omnibus graciis et donis sibi a deo
collatis sapienter utatur. Spiritus
sanctus cui appropriatur bonitas dat ei boni
tatem ut in omnibus que videt loquitur
et audit vel agit conformat et natura
liter bonum agit et eligit et malum
despiciat. Gaudeat ergo quilibet
homo fidelis qui hoc paschali tempo
re suum inducit ut inhabitatorem
deum suscipiet. Unde haymo super
Ioh. Si vis deum suscepturus in habi
taculo cordis tui emunda conscientiam
tuam ab operibus mortuis et a cogi
tationibus superfluis et immundis quia
mundus habitator mundam querit
domum. Tercio quia si non habet hos 3
pitem nobilissimum habueris pessimum
hospitem habebimus dyabolum. Ve homini
illi cuius hospitium nimium hic spiritus in
tanta solempnitate inhabitat et
inhabitabit. Similiter enim bonus in parva
illius hospitem fugiunt et quo amici
velantur in hospitio ad quod ipse
declinat. Secundo notandum demus
domum ihesum christum in veritate hoc
paschali tempore quod dicitur in psalmo 144 prope
est dominus omnibus invocantibus eum
in veritate. Unde et Wilh. Veri
tas invocationis est desiderium cordis
Unde ipse Wilh. super dicta verba
scilicet dominus prope est dicit. Nam dominus S
prope est quinque generibus hominum. Primo 1
prope est peccantibus. primo prius est
eis in omni loco et tempore ut

de eius presentia erubescant peccare
Unde Bohecius Magna nobis indicta
est probitatis necessitas cum ante oculos in
dicis agimus cuncta cernentis. Unde quidam
Cum quid turpe facis quod me spectare
rubescis. tunc spectatore deo non magis
ipse rubes. Actuum 17. Non longe est ab
unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus
et movemur et sumus. Secundo cum peccator
fugit a deo scilicet addendo peccatum peccato deus
eum sequitur monendo ut redeat. Unde
Iere 3. Dixit deus ad animam peccatricem. Tu
fornicata es cum amatoribus multis
tamen revertere ad me dicit dominus et ego
suscipiam te. Mira insania fugit
peccator deum et currit ad lupum infer
nalem. Cum ovicula naturaliter fugit
lupum et ad pastorem currit. Secundo 2
prope est manenti in peccato ut a peccato eum
revocet. Apoc. 3. Ego sto ad hos
tium et pulso etc. Ve autem illi qui per
totum annum vel plures annos permit
tit eum stare ante hostium cordis sui. Nec
ei aperire volt ut conservat inspira
tionem divine. De propinquitate dei ad eum
qui iacet in peccato habetur exemplum de vitis patrum
de illo qui abnegavit deum propter filiam
sacerdotis paganorum. Require de tempore
sermone 20. Tercio dominus prope est 3
peccatori penitenti et ad deum rever
tenti in illo statim tempore. Unde Ezech.
18. In quacumque hora peccator ingemu
erit omnium iniquitatum eius non recor
dabor amplius. Unde 2 Reg. 12 dixit
David peccavi domino. Et tam cito dixit
ei Nathan. Dominus distulit peccatum tuum
a te. De hoc habetur Luce 15. Cum filius
prodigus veniret ad patrem suum et adhuc
cum longe esset vidit eum pater suus
et misericordia motus est occurrens ei etc. Item
exemplum in latrone Luce 23 qui
dixit memento mei domine deus cum
veneris in regnum tuum. Cui Christus
respondit. Amen dico tibi hodie

meam eris in paradiso. Secundo ipse est expectans in tribulatione ut ei subueniat vel parcam dando vel ab eo eam premendo. Unde dicitur in psalmo 9 Tu autem domine in tribulatione etc. Unde Crisostomus Quantumcumque seuiat tribulatio non putes te esse derelictum sed memineris scriptum esse Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum et glorificabo eum. Augustinus in libro de ciuitate dei Deus cum aduersis rebus agitat aut merita comprobat aut peccata castigat qui mercedem nobis eternam pro tolleratis malis temporibus seruat. Tercio deus ipse est breuiter reddenda sibi merita sua Apocalipsis 3 Ego venio cito. Jacobi 5 Ecce iudex ante ianuam assistit. Et si dominus moratus esset per mille annos tamen respectu preteriti vel futuri pene esset quasi vna hora. Psalmus Quoniam mille anni etc. Unde mors est propinquior homini quam ipse credit ut patet in diuite Luce 12 Anima mea multa bona habes reposita in annos plurimos. Cui dictum est Stulte hac nocte repetent etc.

Quantum ad quartam partem quod scilicet hoc possit impleri gaudio spirituali. Nota secundum Thomam 2a 2e q 3o articulo 3 Quia ex parte dei de quo est gaudium tuum gaudium illud non potest impleri quia nullus potest tantum gaudere de eo quantum esset gaudendum. Sicut nullus potest tantum diligere deum quantum est diligibilis quia eius dilectio est infinita. Et sic solum gaudium dei est plenum de seipso. Ex parte autem eius qui gaudet potest gaudium impleri. Nam gaudium se habet ad desiderium sicut quies ad motum. Unde quies est plena quando nichil est de motu. Ita gaudium est plenum quando nichil restat de desiderio. Modo in presenti mundo semper in nobis manet motus desideriorum. Ideo in mundo non est gaudium plenum. Sed in patria nichil gaudii restabit quia habemus deum qui est finis desiderii nostri et eum habendo habemus omnia. Unde Augustinus super Iohannem sermone 19 Deus tibi totum est. Si esuris panis tibi est. Si in tenebris es lumen tibi est. Si nudus immortalitatis vestis est. Unde infinitum non solum quietat desiderium quo deum desideramus Sed etiam est quies omnium desideriorum nostrorum. Unde in psalmo 102 Replebit in bonis desiderium tuum. Unde etiam Augustinus libro 22 de ciuitate dei Ipse deus erit finis desideriorum nostrorum qui sine fine videbitur sine fastidio amabitur sine fatigatione laudabitur ymmo bonum plus habebunt quam desiderare poterunt. Unde apostolus Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit. Unde Gregorius in moralibus Et quis enarrare sufficiat quantum gaudium quibus animam suscipiet. De sanctitate patriarcharum simplicitate. De prophetarum credulitate et fidelitate. Apostolorum caritate et magna diligentia. De martirum stabilitate et paciencia. Confessorum pietate et clemencia. Virginum castitate et continencia. Ecce nulla lingua et vox sufficit quantum sit gaudium chororum angelorum interesse presentem dei vultum videre bonis et electis videre. Nullo metu mortis affici incorruptionis perpetue munere letari. Item quia tanta sunt gaudia beatorum in patria quod dyabolus libenter sustineret omnes penas omnium demonum ut corpore valeret redire ad celum et claritatem dei videre. Require in principio.

G 1

Multifarie multisque modis olim deus loquens in prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit heredem omnium etc. Hebreorum primo. Originaliter in epistola hodierna lectionaliter. Rudi

a nonnullis catholicis doctoribus. Sed opus
creationis mundi et omnium creaturarum
magis fuit opere mediatoris quod
nunc primariis habemus. Et ratio quia
quia non tamen propter dominum in opere creature
hominis indignis se exinanivit sua attri-
buta in creatione alicuius creature que pos-
sent facere meliorem et maiorem cre-
aturam in esse nature. Nam pater
in tali operatione nunquam exinanivit
potentiam suam quin posset facere crea-
turam aliam. Nec filius exinanivit
suum posse quin posset facere creaturam
pulchriorem. Nec spiritus sanctus exinani-
vit suum velle quin posset facere cre-
aturam meliorem. Sed in opere incar-
nationis filii dei de quo nunc est
presens sermo sunt exinanita sicut attribu-
ta divina quia altiora et meliora
nec non pulchriora non possunt fieri
preter quam ista que facta sunt hiis
diebus. Nam in isto opere exinanita
est patris potentia quia non potest
facere quod aliquid quia nichil maius
deo. Sapientia filii exinanita quia non po-
test facere pulchrius pulcherrimo filio
dei. Sed clementia et bonitas spiritus
sancti limitatur quia non potest facere quod
melius quia melius nichil summo bo-
no. Quia hoc factum est tamen. Et ideo
apostolus volens sentire hoc opus fuisse
maximum describit ipsum in hiis ver-
bis dicens multifariam multisque modis.
// Unde in presenti sermone tria sunt dicenda
// primo de nativitate Christi // 2o sequitur
incarnationis Christi // 3o de particularibus
illo tempore cum duobus exemplis. // Primum
ad primum potest quod est hora die et
qua hora deus sit natus. Respondetur dicta
hora medie noctis. Unde dum nox me-
dium iter haberet sermo tuus a regalibus
sedibus venit. Ut dicitur in primo evan-
gelio hodierno. Et peperit filium suum
primogenitum. Ut Luce. Illa sunt

deus pater habet duplices filios. Ita ma-
ria virgo primo habet naturalem filium uni-
cum ab eterno scilicet filium in deitate. // 2o
habet deus pater multos filios adoptivos
unde Johannis 1o Quotquot autem rece-
perunt eum dedit eis potestatem filios dei. Unde
etc ut hodie legitur in 3o evangelio.
Sic beata virgo maria primo habet unum
naturalem filium eundem quem deus pater
genuit ab eterno. Et hunc virgo maria
hodie genuit letissime et sine omni do-
lore. // Secundo habet filios scilicet geni-
tos quos sub cruce secundum Luce genuit
magno cum dolore. Item de nativitate
Christi legitur. In revelationibus sancte
Birgide quod pervenit paries tecti in presepio.
Cum in diversorium intravit venit Jo-
seph. Et maria media nocte Ma-
ria sentit se parituram. Unde iubet
Joseph lumen cere afferre et recede-
re. Deinde maria sue pannulos
expandit quos secum attulerat. Et
pro corpusculo pueri et duos pro capi-
te. Deinde flectit genua et orat ma-
ria virgo beatissima. Tunc vidit
puerum super solem splendidum cum virgi-
ne. Que eum sic salutat. Bene ve-
nis deus meus et filius meus. Deinde
virgo resedit. Et pannis puerum in-
volvit quem genuit. Ex quo patet fal-
sitas in libro de infancia salvatoris
obstetricem ibi fuisse. Ipsa enim que pue-
rum genuit ipsum pannis involvit. Ut
nobis paupertatem humilitatem et aspe-
ritatem commendaret. Unde Cor. 9
Scitis gratiam domini nostri Jhesu Christi
qui propter nos egenus factus est cum es-
set dives ut nos illius inopia divi-
tes essemus. Secundo Christus
in sua nativitate a pluribus est ado-
ratus. // Nam primo virgo eum adoravit
ut cernit etiam. // 2o Joseph idem fecit
3o ab angelis. Nam ibi erat multa

2

·M·

multitudo angelorum exultancium
Et ut quidam opinantur velud novo
regi homagium et reverenciam fecerunt
omnes cives angelici || Secundo pastori- q.
bus sit revelacio / primo per angelum
gabrielem ut putatur / Unde lumine
claritatis circumfulsit eos deinde
consolatur eos per verba dicens An-
nuncio vobis gaudium magnum
Deinde multitudo celestis exerci-
tus canit Gloria in excelsis Et sic
pastores venerunt adorantes puerulum
4 Quarto ab imperatore augusto proprio
nomine Octavianus sub quo natus
est cristus qui imperium ampliavit
et ditavit et magis augmentavit
unde meruit appellari augustus
Et ab ipso mensis augustus nomina-
tur Et ipse mente senatum placavit
ut eum pro deo coleret Et ipse sibil-
lam prophetissam consuluit Si ma-
ior eo aliquis nasceretur Cum ergo in
die nativitatis cristi oraculis insisteret In
die media circulus aureus
apparuit circa solem Et in medio cir-
culi virgo pulcherrima puerum gestans
in gremio Tunc hoc cesari ostendit
dicens Hic maior te est ideo ipsum
adora Imperator igitur illi puero thu-
ris obtulit et ipsum adoravit se
q. 1o Secundo hic Quare cristus in nocte
nasci voluit || Reddit elucidarius
Causa occultis venit deinde ut eos
qui in nocte erroris erant ad lucem
veritatis perduceret Nam adam pec-
cando erravit et nos consequenter
omnes errare fecit psalmus Erravi sicut
ovis que periit Ergo cristus a celestia-
libus sedibus venit querere ovem
perditam et ad societatem angelorum
reduxit misericorditer / Item quidam
q. 2o utrum infans cristus aliquid sciret
Videtur quidem omnia perfecte sciret ab
instanti sue concepcionis ut puta

deus in quo sunt omnes thesauri
sapiencie et sciencie absconditi Item
quidam utrum cristus potuit mox
ambulare vel loqui Videtur quidem secundum
potenciam utrumque poterat sed humanam
naturam per omnia absque peccato imitari
volebat Unde apparebat in eo natura-
lis impotencia loquendi Unde Clau-
dianus Vagit infans inter arta po-
situs presepia Deinde impotencia am-
bulandi quia portabatur ab aliis
quam ora portat Luce 2o Tulerunt
ihesum in iherusalem ut sisterent eum domino
vel quia quo nondum quia sicut prialogus
est errare circa divinam naturam ita
et circa humanam Ideo ne aliquis
errare posset in utraque circa alteram
earum ipse hic natus et quemcumque ut
ipse non veritate dignus est ostende-
re Nasci natus quasi feminam vilibus mul-
ieris pannulis iacet in presepio
lacrimis concrepat vagitibus ma-
tris lactatur uberibus et ceteras in-
firmitates sustinet nuditudines sitit
esurit dormit fatigatur flet et
et tristatur At ceteros humane
nature quas defectus probis assump-
sit quos eum assumere decuit Et quia
nostram salutem concernebat ut ex eis
nostram cum esse hominem Ille autem
de eius divinitate in humane nature
infirmitate fides aliquatenus dubites
considera quod hic qui sordibus cir-
cumdatur pannis exigitur per caldeos hono-
ratur muneribus Qui latet in
presepio lumine novi sideris choruscat
in celo Cuius vagitus reddit
infancie angelici exercitus vocibus
collaudatur Qui femineo lacte
nutritur multa milia hominum pa-
ucissimo pane saciavit Qua re sic
temperavit opera ut sciretur in uno
eodemque miraculo se verum deum et

vere hominem declaravit ut in susci-
tacione adolescentis Luce vij. Ubi pro
ad fletum vidue cuius ille erat unicus
filius misericordia movebatur ut homo. Et
precepta sola iussione a mortuis susci-
tavit ut deus. Et similiter in suscita-
cione lazari ubi ex compassione fle-
vit ut homo. Et ex potestate suscitavit
eum ut deus. // Quantum ad 2am partem pro- R
sequendum Est hic de incarnacione
christi consequuntur quinque bona. Primo 1
magis in fide roboramur cum non
homini sed deo credidit qui fidem fun-
davit. Unde apostolus Nemo potest aliud
fundamentum ponere preter quod posi-
tum est quod est christus ihesus.
Unde Augustinus Fides est bonorum
omnium fundamentum fides humane
salutis initium. Sine hac nemo
filiorum dei numero potest associari //
Secundo spes erigitur quia si pec-
catores eos deus quod peccatoribus venit
ut eos salvos faceret Luce 19. Venit
filius hominis querere et salvum facere.
Unde Augustinus super Johannem Nulla causa
veniendi christo domino fuit nisi pecca-
tores salvos facere. Unde Bernhardus venit
salvator ad perditos, lux ad cecos,
vita ad deceptos, Redemptor ad
venditos, medicus ad egrotos. Ter- 3
cio caritas inflammatur ponderan-
do illud Johannis 3. Sic deus dilexit
mundum ut unigenitum suum daret
ut omnis qui credit in ipsum non
pereat. Unde Augustinus super primam canonicam
p Amavit te deus et fecit se ip-
se hominem ut descenderet ad te et
tu ascenderes ad eum. Et iam dic-
te habetur. Est deus factus parvulus
pro nobis. Ardenti desiderio per di-
lectionem amplecti debemus quia secundum
verbum Bernhardi Magnus dominus et
laudabilis nimis factus est parvulus
et amabilis nimis // Quarto ut con- 4

siderimus ex hoc quod deus homo factus est
dignitatem humane nature cui se deus applica-
vit ut se diceret filium hominis. Unde in
psalmo 21 Narrabo nomen tuum fratribus
meis. Quam nostram humanam sic dig-
nitatem amplius inquinari non de-
bemus peccatis // Quinto ut per eum sic
mediscerus precesse exteriusque pastum
R in vita eterna. Iam enim ingrediemur et
egrediemur per humanitatem omnis corporis
per divinitatem oculis cordis deo fruen-
1 do. Unde Augustinus In libro de spiritu et
anima Duo sunt sensus in homine scilicet inte-
rior et exterior ut ambo reficerentur
interior in contemplacione deitatis
exterior in contemplacione humanitatis
// Quantum ad 3am partem prosequendum est
diversi homines celebrant diversas dies
natales et privilegia illo sacro tem-
pore nam aliqui ponunt cumulos salis
aliqui iactant calceos per capita sua
aliqui cingunt arbores. Aliqui con-
siderant umbram corporis et anheli-
tum hominis. Item aliqui credunt quod dy-
ana discurrit in illis sacris noctibus
per diversa loca // Unde Guido hic querit
Cur plura maleficia et superstitio-
nes exerceri solent sacratioribus
temporibus anni et presertim circa fes-
tum nativitatis domini. Respondeo secundum Johannem
Nider Quia demonis instinctu ista
fiunt quia festa plus frangunt peccatis
mortalibus quam mechanicis operibus.
Superstitio autem est secundum Augustinum de
magicis operibus similibus ipsius demo-
nis contra divinam reverenciam igitur
dicit // Secundo querit. Cur maleficii in-
strumenta sive maleficia per sacramenta
ecclesie vel temporalia divina procurat ut
salem exorcizando per crisma facere vel y-
magines cereas sub palla altaris
ad tempus ponendo et similia faciendo
Respondetur Est ista res quod instinctu demo-
nis fiunt ut sic sub specie boni operacionis

plures simplices homines dyabolus decipiat qui tanta verba divinis et oracionibus adeo putant eciam aliquid numinis obtinuisse ubi solummodo maius peccatum sit commissum non solum perfidia sed etiam sacrilegium, divina scriptura in eis est contaminata. Et sic quoniam deum creatorem suum offendit.

Tercio queritur unde provenit quod femine sepe in maiori multitudine reperiuntur supersticiose et malefice quam viri. Respondetur quod mulieres prone sunt ad credendum. Et racio est quia secundum Crisostomum mulieres sunt naturaliter molles et fragiles, quia naturaliter ideo de facili decipiuntur; molles et ideo ad malum vel bonum cito flectuntur; fragiles ideo de facili superantur. In signum huius dyabolus in paradiso non est aggressus virum sed mulierem sciens quod femina citius decipitur ad credendum verbis suis igitur etc. Et iam dicte racione quod mulieres adhuc imitantur Evam que plus dyabolo credidit quam deo. Unde Johannes Nider in libro qui dicitur Formicarius narrat hoc exemplum. Retulit quidam presbiter ordinis predicatorum quandam villam intravit ubi feminam quandam invenit dementatam in tantum ut nocturno tempore se in Dyana et aliis feminis transferre crederet per aera. Cum tunc presbiter perfidiam verbis tonaret et compellere salubribus promptis, ista contrarie plus credere affirmat. Cui presbiter: Si vis ergo me esse presentem dum in processum credes. Illa respondit: ita placet ut me credente videas presentibus si placet testibus idoneis. Igitur ut deliram zelator animarum convinceret. Adveniente die certissimo quam vetula predixerat affuit presbiter ille non sine dignis hominibus. At illa tubellam in qua pasta formari solet super stapnum posita intravit et sedens ibi cepit. Applicatis quibusdam verbis maleficis et unguento illinito capite obdormivit. Statimque opere demonis somnia de domina Venere et de aliis supersticionibus tam fortia habuit ut in iubilo quodam voce submissa clamaret. Et in hiis plausibus mota manibus tubellam cui insedebat nimis movit quod de alto stapno precipitavit et vetule sub brachio caput non modicum contundit. Et ita in terra iacentem nec de loco motam presbiter ille eam inclamavit iam evigilantem: Ubi queso es? nam cum Dyana fuisti que testibus presentibus nusquam de tubella recessisti. Ex hiis igitur gestis et mediantibus verbis salutiferis eam ad penitenciam erroris detestacionem deduxit. Simile eciam legitur in legenda sancti Germani episcopi Antisiodorensis. Qui in domo quadam videns post mensam parari a invocando vidit quod bonis mulieribus nocturno tempore illa comedentibus tabula poneretur. Igitur eadem nocte vigilando vidit multitudinem demonum in specie mulierum ad mensam sedentes. Quibus ne recederent imperavit familiam totam excitavit. Et si comedentes cognoscerent que sunt visitat ad domos singulares in lecto suo reperte sunt. Adiurati ergo demones se esse sic manifestabant. Et quod homines sic illuderent apparuerunt. Iste aliqui credunt quod pueri ex aliquibus sine baptismo moriuntur erunt fantasma unde quod dicitur in vulgari der slecz et destruunt in domo de nocte

Quanto tempore heres paruulus est nichil differt a seruo cum sit dominus omnium. Gal. 4. Modo mater sancta ecclesia recolit qualiter ille qui sine estimatione magnus est pro nobis paruulus factus sit. Unde Bernardus super magnus dominus et laudabilis nimis factus est paruulus et amabilis nimis. Nam heres dei patris est ipse filius marie virginis. Hebr. 1o. Quem constituit heredem universorum. Heres iste nichil differebat a seruo cum esset paruulus sed plus quam erat ceteris paruulis licet in eo essent omnes thesauri sapientie et sciencie dei absconditi tamen videbatur sapientia proficere Luc. 2. Puer ihesus proficiebat sapientia et etate. Item licet omnia posset tamen in eo apparebat naturalis impotentia loquendi et ambulandi ut portaretur ab aliis qui omnia portat. Luc. 2. Tulerunt ihesum in iherusalem ut sisterent eum domino. Item licet esset sine omni macula peccati tamen signum macule habuit et hoc voluit scilicet circumcisionem circumcisionis sicut et alii pueri. Ex quibus patet quod plus erat ceteris paruulis. Ergo hic dicit apostolus Quanto tempore heres paruulus est nichil differt a seruo. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo quod ipse comparatur seruo. Secundo quare hoc tempore dicitur plenitudo temporis. Tertio quare deus dicitur pater noster cum xpo exemplo. Quantum ad primum sciendum. Quod ipse comparatur seruo propter tres causas. Prima est quia ad instar servi in continuis laboribus fuit. Unde ps. 88. In laboribus a iuventute mea. O homo cogita qualiter ipse pro te laborauit lactando. Primo iacuit in duro presepio in feno et tu interdum delicate pro eius amore iacere declinas. Cogita qualiter laborauit in discurrendo ita quod etiam fatigatus fuit in itinere Joh. 4. Ita etiam labora in eundo ad ecclesias ad missas et sermones. Cogita qualiter laborauit orando vigilando quia sepe pernoctabat in oratione. Et surge mane et ora ut eius impetres misericordiam et gratiam. Et dicit propheta cum propheta dauid mediante te proficiebat ad conferendum tibi sed multum laborauit qui iniquitates multorum immo totius mundi portauit. Et hoc quod pro peccatis totius mundi penam sustinuit. Unde mecum ecce sum infantulum illarum nidum i. labores quos ipse habuit in infantia. Deinde labores quos pertulit in predicando fatigationem in discurrendo vigilias in orando temptationem in ieiunando lacrimas in compatiendo sputorum colaphorum horum et similia. Et ecce qualiter ipse pro te laborauit labora et tu propter eum. Insuper et pro te sustinuit passiones sicut [illegible] fieri precepit dolorem quandoque ut pro eo sustineas sic et ipse pro te sustinuit. Amplius in sotii passionum eius eritis et consolationum. Secundo comparatur seruo propter paupertatem experisti illud qui est ditissimus inter omnes factus est pauper pro hominibus ut eos ditaret. 2 Cor. 8. Scitis gratiam domini nostri ihesu christi quod propter nos egenus factus est cum esset diues ut illius inopia diues essemus. Vos scitis quam pauper fuit. Considera qualiter natus sit in stabulo reclinatus in presepio involutus vilibus pannis. Considera ulterius quam pauper fuit in p

2

6

cessu temporis pauperior fuit suo
nullus sunt adeo paup e qui s
nit p denario pro alicui dno 4
sz in domo dni qui hospitium et
etc quoqz denarium Ihesus vero adeo
ta paup fuit q in domibus illorum
quibus sunt non potuit habere
hospitium lc enim marci xi et mt
21. Cum in die palmarum intrasset
ierosolimam intravit templum ubi
multos infirmos sanavit et toto
die predicavit Cum autem iam esset
sero .i. vespere circumspectis omnibus
si quis eum hospitari vellet nemo
Exiit in bethaniam cum xii discipulis
Hic considera xpi paupertatem qui
in tota civitate hospitium habere non
potuit Sz exiit bethaniam ad
hospitium suum scz martha que primum
saepe eum recepit in domum suam cum
discipulis suis // Item adeo paupe
fuit q unum denarium non habuit
lc mt. 17. Cum exigeretur a xpo
censum habere unde solveret misit pe-
trum ad mare qui cepit piscem in
cuius ore staterem quem fecit dare p
se et petro Vos ultimo scie quam fuit
vide qualiter nudus pependit
in cruce et non poterat habere ali-
quid ad quod caput suum recli-
naret luce 9. Vulpes foveas
habent, Vide q adeo paup fuerat
qui omnes aquas creavit q in extrema
necessitate unum haustum habere non po-
terat Judei enim dederunt ei vinum
cum felle mixtum Et cum gustasset
noluit bibere Mt xxvii // Ter-
tio comparatur sunt xpo humilia sunt
que fecit Ipse enim humiliter mi-
nis applicuit suis tamen sunt mt
20. Quicunque voluerit inter vos pri-
mus esse erit q filius hominis non

3

venit ministrari sed ministrare Un
luce 22 In medio vestrum sum sicut
qui ministrat Vos scire quam humi-
lia fecit considera qd lc jo 13
Surgit ihesus de cena et de-
posuit vestimenta sua etc Deinde
misit aquam in pelvim et cepit
lavare pedes discipulorum suorum pre-
pondera vero hec et invenies q
ministravit tamquam servus Surgit
inquam a cena discipulis residen-
tibus cepit surrexit ut osten-
deret se esse servum Cena modo
duris ad mensam sedentibus q s
nemo surgat et ministret Cepit
lavare pedes discipulorum suorum
et venit ad petrum qui dixit Non
lavabis michi pedes meos Et
re quod petrus obstupuit ad tam hu-
milem servitium regis ihesu xpi Et
modo obstupuit videns illum a-
genua apud se flectere dorsum
curvare manus ad lavandum pedes
extendere Cum in cuius nomine omne
genu flectatur celestium terrestrium
et infernorum, O homo in hoc ob-
sequio considera xpi per maiorem
humilitatem q voluit lavare pe-
des discipulorum non solum electo-
rum sed et traditoris sui Et in hoc
dat nobis exemplum humiliandi Joh 13
V Exemplum enim dedi vobis // Quan-
tum ad 2m sciendum dicit hic apo-
stolus ubi venit plenitudo temporis
Hec enim plenitudo temporis fuit te
post incarnationem et nativitatem xi
1 quia plenam // Primo ratione impletum
est tempus primum a deo quo tempore
2 plenitudinis gratie nasci debet // 2o
quia plenitudinem pacis Unde in ps
71 orietur in diebus eius iusticia
et habundantia pacis ysaie 2o
Implebuntur horrea frumento

et torcularia vino redundabunt.
Gratia tempore augusti quando natus est
Christus pax fuit per universum mun-
dum. Tertio propter [illegible] 3
largissimam effusionem de qua Johelis
2º: Effundam spiritum meum super
omnem carnem meam. Quarto propter 4
figurarum impletionem. Gratia predi-
centis tempus veniens fugit figuras
carnales non sic adimplete sunt
in Christi incarnatione et nativitate.
Quinto propter omnem plenitudinem. Tempore 5
enim veteris legis habundabat ius-
titia Ecclesie et habundabat tempore
gratie iudicium. Sed iam habundat
misericordia dei. Unde dicitur in psalmo
32: Misericordia domini plena est ter-
ra. Quantum ad secundum predicte dicit hic
apostolus: Misit deus spiritum filii 2·p
sui in corda nostra clamantem: Abba pa-
ter. Sciendum est quod deus dicitur pater
noster propter quinque. Primo propter creatio- 1
nem. Deut. 32: Numquid non ipse est pa-
ter tuus qui fecit et creavit te. Unde
in psalmo 99: Ipse fecit nos et non ipsi nos.
2º propter curam paternam qua ipse [illegible] spi- 2
ritualiter est de nobis. Unde in psalmo 39:
Dominus sollicitus est mei. Matth. 6:
Nolite solliciti esse dicentes quid
manducabimus aut quid bibemus.
Tertio propter affectum dilectionis et 3
miserationis. Unde in psalmo 102:
Quomodo miseretur pater filiorum suorum
misertus est dominus timentibus
se. Quarto propter disciplinam correc- 4
tionis. Unde apostolus: Flagellat
omnem filium quem recipit. Unde
etiam Naum 1º: Afflixi te sed non pro-
pter et non affligam te ultra sed
in futuro. Unde de hoc Gregorius: [illegible] mi-
sericorditer deus adhibet temporalem
severitatem ne eternam inferat
ultionem. Ideo quibusdam
parcit ut eos in perpetuum feriat.
Ideo hic ferit non parcendo ut in eter-
num parcat. Quinto propter distributionem
hereditatis. Unde in psalmo: Tu es qui re-
stitues hereditatem meam mihi. Pli-
nius non exemplum. Nam [illegible] absimon-
dunt. Rex quidam divus legitur tamen
habuit tres filios et cogitavit
unum illorum committere regimen quem me-
lius regeret. Et volens scire quis
illorum esset melior ut esset talis indu-
stria, vocavit maiorem et dixit
ei: Si deus vellet te facere avem quomodo
avis velles esse? Filius vero respondit: aquila.
Et quare? dixit pater. Respondit: quia omnium
avium est regina et super omnes aves
volat. Vocavit secundum et dixit de
falcone. Et quare? pater ait. Respondit:
Gratia est avis que portatur in pugno
nobilium quando vadunt venatum, recedunt
super aves secundum voluntatem suam et
nunc unam et nunc aliam occidit. Quo au-
dito vocavit 3m scilicet minorem
et dixit ei sicut aliis dixerat.
Respondit quod vellet esse sturnus quia sepe
volat cum continua multitudine et socie-
tate magna. Ipse parte venit
idem dominus et condidit testamentum:
Ego dimitto filium meum minorem he-
redem esse in comitatu et societate
unius et talem debet esse rectorem
nostrum. Sic etiam deus pater habuit
3es filios scilicet luciferum qui velut aqui-
la appetiit volare super altitudinem
nubium et similis esse altissimo. Secun-
dus autem filius fuit primus homo
scilicet adam qui velut falco rapidus
super pomum ligni prohibiti se immisit.
3us autem sunt qui in terre vivus
est et in cordibus conversatus. Et iste
est heres de quo loquitur apostolus in epistula
hodierna dicens: Quod si filius et heres.
Et coheredes Christi sunt pauperes celeste

Ysa. Oblatus est quia voluit.

hereditate possidentes. Math. 4. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo divites in fide et heredes regni quod repromisit deus diligentibus se.

Obsecro vos per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam deo placentem. Ad Ro. 12. Quia maxima pars merendi et demerendi consistit in exercitio corporis, ideo monet nos apostolus ut corpora nostra dei servicio efficiamus. Cum ergo dicit obsecro vos. Unde in presenti sermone quatuor sunt dicenda. Primo quare corpora nostra deo exhiberi debeant. Secundo quod aliqui offerunt deo hostiam mortuam et aliqui viventem. Tercio quare non debemus nos conformare huic seculo. Quarto de illo quod plus placet quam opus sapiencie. Quarto quod omnia membra sancte ecclesie unum corpus sunt cum uno exemplo. Circa primam partem notat apostolus ponit hanc exhortacionem de exhibicione corporis nostri propter has festinitates. Primo propter debitum illius recompensacionis ut cum filius dei pro nimia caritate humanum corpus pro salute nostra sibi adoptavit. Monet apostolus in hac recompensacione suum dulcissimum corpus et sua membra sibi exhibeamus et ei serviamus sicut nobis in suo corpore 33 annis servivit. Unde ipse in evangelio dixit: Filius hominis venit non ministrari sed ministrare. Et etiam ut ei subiciamur tamquam creatori nostro. Quia sicut creatura tenetur subici creatori, et servus domino, et filius patri, sic et nos deo. Eccl. 51. Colla vestra subicite iugo eius, pro hoc inprecando dicit dominus illud Exod. 10. Usquequo non vis

Luce 22.

2 subici mihi. 2o exhibenda sunt corpora nostra deo propter oblacionem illam qua se pro nobis obtulit in cruce deo patri in morte. Unde sua omnia membra pro nobis extendit et totum corpus ad passionem dedit. Sic in recompensam sibi offere corpus et membra nostra.

3 Tercio exhibenda sunt corpora nostra propter mercedem dabitur nobis resurrectio gloriosa. Nam fidelis miles non timet amittere equum suum in prelio, dum possit facere laudabile factum pro domino suo, quod sperat ab illo recipere multo meliorem. Sic iustus non timet exponere corpus suum castigacioni, vel etiam morti si necesse fuerit pro domino suo. Quia per mortem corporis sperat gloriosum et subtile et eternum corpus recipere. Unde apostolus: Salvatorem expectamus dominum ihesum christum, qui reformabit corpus vile. Unde Math. 13. Fulgebunt iusti tamquam sol in regno patris sui. Unde Bernardus de consideracione: Qualis putas erit splendor anime, quando splendorem solis habebit lux corporis. Nulla erit ibi tristicia, nulla angustia. Nullus dolor, nullus timor, nullus ibi labor, nulla mors, sed perpetua sanitas semper perseverabit.

2B Quantum ad secundam partem dicit hic apostolus hostiam viventem sanctam deo placentem. Pro quo sciendum quod hostiam mortuam offerunt deo. Primo isti qui bona opera faciunt in peccato mortali, quia nihil merentur apud deum quo ad remuneracionem eternam mi· 23º· moria· ai· mor· iustorum ut ::

Unde / Cor· 13· Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum ita ca· ari· non ha· nichil pro· Unde in decre· Opera que caritate non valent ad salutem etc. q· odi /// 2 Secundi sunt qui dicunt quando mortuus fuero sepeliri in monasterio tali. Et diu vivunt in peccatis suis perseverant. Anima illius in inferno sepelitur et cadaver suum sepeliri volt in sacro loco. 3 Tercij sunt ypocrite qui ieiunant vigilant orant, eciam frequenter visitant et cetera alia bona opera faciunt propter vanam gloriam et laudem hominum. Tales enim sunt martires diaboli. Et pro diabolo dicere istud ps· Quoniam propter te mortificamur tota die. Et de talibus dicit christus math· 6· Amen amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Unde greg· in mora· O quam miseri sunt qui affectant laudes hominum, in semetipsis dissipant fructus laboris suorum, dumque se ostendere alienis oculis appetunt, dampnant quod agunt // 4 Quarti sunt qui peccatores faciunt vel capellas, vel ecclesias construunt vel alias largas elemosinas dant pauperibus de rebus iniuste acquisitis, sicut rapina usura, et illis non satisfaciunt quibus tenentur restituere. Unde Eccl· 34º Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Unde etc. Greg· in registro in dei iudicio qui de scelere offert, omnipotentem deum non placat, et iracundiam eius irritat // 5 Quinti sunt claustrales, qui corpora habent in claustro, et corda in seculo, corpus enim est mortuum, quod ab anima separatum est. Unde Aug· 5· mors nichil aliud est quam recessus anime a corpore. Et tales claustrales faciunt iniquam oblacionem cum cayn. Caim enim mala sua dedit deo et corpora sua claustro. De talibus non est mirum si claustrum sit eis carcer, et magnum dolorem sentiunt cum ipsi cottidie quasi mortem sustineant. Ca mors est divisio corporis ab anima. Sic et ipsi sunt divisi, quia corpora habent in claustro, et corda in mundo. Et tales habent duram et austeram vitam, quia quidquid boni faciunt, coacti faciunt. Unde hugo de sancto victore. Nemo invitus bene agit, eciam si bonum est quod agit. Tales enim sunt miserrimi homines, quia non consolacionem a mundo, nec intra a deo ergo etc. Sed quid ergo hic qui sunt isti qui hostiam vinctam offert deo. Ad hoc Respondeo primo requiritur ad hoc quod hoc opus bonum fiat in caritate, quia unum opus in caritate factum plus valet quam opera omnium peccatorum in mundo existencium. Caritas est bonum sine qua nec opus magnum est acceptum. Cum qua nec opus minimum despicitur // 2 Secundo quod fiat recta intencione, sicut quod homo in bono opere suo querat dei honorem et salutem propriam, et proximi edificacionem. Ambrosius. Opus intencio tua operi tuo nomen imponit. Gregorius Omne bonum quod agimus, semper per intencionem ad celestia levemus. Unde eciam Jeronimus. Quidquid agis pro eterna mercede age, et nichil studeas pro laude et humana opinione, sed pro vita eterna. 3 Tercio requiritur quod fiat voluntarie et cum hilaritate 2 Cor 9º Hilarem datorem diligit deus. Unde in decretis Melior quinque psalmorum decantacio cum devocione, quam tocius psalterij cum ancxietate de con· dis· 5 Non mediocriter // 4 Quarto quod fiat perseveranter, quia non sufficit

Gen· 4º

ut· aug·

A

quod bonum opus fiat in gratia et recta intentione et voluntate insuper fiat perseveranter. Unde Bernhardus: Tolle perseverantiam nec obsequium mercedem habet. Unde etiam ysidorus de summo bono: Bonis 3 inceptoribus promittitur sed premium perseverantibus datur. Unde etiam in Mattheo: Qui perseveraverit usque in finem salvus erit. Iste qui hostiam viventem deo offerunt scilicet infirmi et tribulati qui patientes sunt inquantum corpus digna hostia deo efficitur ratione tribulationis sustinentiam sunt et devotum quam tribulationem cum voluntate et patienter obtulerunt adeoque nostre non solum hostia vive et sancta efficitur coram deo.

D Sunt autem tria consideranda per que non solum patiuntur sed letantur tribulationes et infirmitates sustinere scilicet.

1 Primum est quod est signum certissime electionis unde dixit angelus Raphael ad Thobiam: Quia acceptus eras deo necesse fuit ut temptatio probaret te. Item Crisostomus dicit: Sic in [illegible] Item psalmo: Dimisit eos secundum desideria cordis eorum.

2 Secundum est ut in magno peccato certissimam liberationem. Unde psalmo 33: Ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Super quod postillator dicit: Solet divina pietas electos suos multis modis eripere. Primo liberat per patientie exhibitionem. Unde Gregorius: Tunc enim maiore deus liberat quod sufferendi patientiam ministrat. 2o tribulationem in dulcedinem commutando. Sicut legitur de beato Andrea: O bona crux diu desiderata. Item de beato Stephano: lapides torrentes illi dulces fuerunt. Similiter de beato Laurentio et Vincentio et aliis.

3 Tertio liberat per singulas tribulationes consolationes infundendo. Unde in psalmo 93: Secundum multitudinem laborum meorum in corde meo consolationes tue letificaverunt animam meam. Apostolus: Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

3 Tertio appetenda est tribulatio quia conformat deo qui propter omnes homines tribulationem passionibus se immersit. Per hoc solum tribulatio summo desiderio esset amplectenda. Unde cum translati de hac vita ad speculum divine veritatis pervenerimus tunc luce clarius cognoscemus quam magnum cumulum meritorum nobis premium tribulatio adiecerit. Unde Bernardus super illud apostoli: Non sunt condigne passiones huius temporis dicit: ad penam quam dimittit, ad gratiam quam immittit, ad gloriam. Unde Hubertus: Si ad utilitatem consideraret vir in tentationibus animus posset per infirmitate unus [illegible] respondere.

C Circa 3m dicit Iheronimus: Nolite conformari huic seculo. Ubi notandum quod huic seculo non debemus nos conformare.

1 Primo quia amicitia huius mundi hominem inimicum deo constituit. Iacobi 4: Amicitia huius mundi inimica est deo quia amor mundi expellit deum et eius gratiam et dilectionem a corde hominis. Sicut ignis et aqua sunt contraria frigidum et calidum nigrum et album. Sic et amicitia dei et mundi simul stare non possunt. Unde Gregorius: Disce o homo non diligere mundum ut diligas deum. Disce non amare ut amare discas. Exinanire ut impleare. Augustinus super psalmum: Primo tamen [illegible] Duo sunt amores scilicet mundi et dei. Si amor mundi inhabitat non est quo intrat amor dei. Cum ergo hauseris tu cor tuum ab amore terreno tunc haurietis amorem divinum et incipit in te inhabitare

caritas a qua nichil mali potest
procedere // Secundo quia totus mundus ple- 2
nus est amaritudinibus et miseri-
is et ideo dicitur vallis lacrimarum
Hoc ostendit puer nascendo quia primo
mox flet reputans miseriam hu-
ius mundi Unde Job 14 Homo natus
de muliere brevi vivens tempore re-
pletur multis miseriis Hoc patet
quia mundus fervens Nunc estas fames
et sitis Quandoque infirmus leti tristes
risus et fletus divites et paupe-
res Unde Job 13 Nunquam in eodem
statu permanet etc. Unde Gregorius
super ezechielem Quid est quod in
mundo libet ubique luctus suspi-
riis undique gemitus audimus de-
structe urbes Eversa castra &
populati agri / in solitudinem ter-
ra est redacta Alios in captivitatem
duci alios truncari videmus alios
interfici Quid ergo est quod in
hac vita libeat fratres mei Si
talem mundum diligimus Non iam
gaudium sed vulnera amamus // 3o 3
quia nemo serviens huic mundo potest
pervenire ad regnum celorum Et ratio
est quia omnes amatores et servitores
huius mundi sunt servi diaboli Augustinus 6
Nemo potest duobus dominis servire Un-
de et apostolus Si ad huc mundo pla-
cerem servus christi non essem, ymmo
servi diaboli quidquid dicunt laborant
quam servi christi Ymmo in laboribus
studiis sunt et sunt ingeniati in con-
scienciis suis Unde Ambrosius Dure
pena conscientie est quam interioris
voluntatis testis Nonne hoc magis
fugiendum quam mortem quam dis-
pendium quam exilium Et in futuro
servitores mundi habebunt infernum
et penam eternam [illegible] Unde
Crisostomus super math quia miseri-
mus est mundus et miseri qui eum

sequuntur semper enim homines opera mun-
di exclusserunt a vita Unde Gregorius 2
In omelia Vile est regnum celorum Non
potest hic gaudere cum hoc mundo et
illic regnare cum christo // Quartum ad
eum dicit hic apostolus Non plus sapere
quam oportet sapere etc. Notandum Et
hic sunt vim Et aliquid plus sapit
quam oportet sapere fit 3bus Uno modo
scrutari quod scrutari inscrutabile
volt scrutari scilicet qui volt scrutari
vel investigare a doctoribus trinitatem personarum
scilicet patris et filii et spiritus sancti et
veritatem fidei et articulorum fidei
Quod prohibetur Eccl 3 Altiora me
te quesieris Unde proverbiorum Qui scrutator
est maiestatis opprimetur a gloria // 2o
qui per scienciam magnam volt secreta
et futura predicere // 3o indicando occul-
ta cordium que solius dei sunt cog-
noscere et indicare Et insignum huius
ipse solus dicitur scrutator cordium Et
de hoc plenius habetur in distinctio 10
de tempore sermone prologo X // Quintum ad
quietem pertinet dicit hic apostolus Sic
enim in uno corpore multa membra ha-
bemus Hic apostolus ostendit quod omnia
membra unius corporis sunt Et quo-
modo fideles christi qui sunt in corpore
ecclesie debent se adiuvare sicut
membra unius corporis Notandum ergo
primo quod unum membrum non invidet
alio quia est dignius vel melius
sed quando illud membrum est sanum congaudet alteri Et reputat suum
factum quod alteri fit sive bonum sive
malum Unde si ledatur pes dicit
os quare me ledis Si lavatur pes
os regraciatur laudatur Sic esse debet
esse inter fideles christi qui sunt mem-
bra ecclesie Unde dicitur hic multi unum
corpus sumus in christo singuli autem al-
ter alterius membra // 2o unum
membrum lesum ab alio se non

1
2
3
1
2

non vindicat. Sic ecc(lesi)a d(icitu)r e(ss)e in me(m)
bris eius. Aug(ustinus) nulli malum p(ro) ma
lo reddentes. Primo q(uia) plus est vnu(m)
membru(m) q(uam) alio se exponat p(er)iculo
propter vnu(m) nobile pro nobiliori
vt manus p(ro) capite. Un(de) membra
3 etia(m) eius p(ro)pt(er) caput i(d est) (christu)m p(ri)mo
membra morti se exposuit. Secundo
vnu(m) membru(m) alteru(m) sustentat p(ro)curat
alijs membris. Sic ecc(lesi)a vnus fidel(is)
alij bo(n)o compatiens debet. Et si vnu(m)
membru(m) amplius de vbo condolet
q(uam) debet ad malu(m) suu(m) reddat
illud. Est enim ei occasio apostata(n)
tis vel alterius infirmitas. Sic ecc(lesi)a
est int(er) fideles (christ)i. Vn(de) Eccl(esiast)e iiij.
Est et alia vanitas pessima quam vi
di sub sole diuine co(n)firmate in ma
lu(m) d(omi)ni sui. Tertio nichil tiret vnu(m)
4 membru(m) intrinsecu(m) q(uam) ab alijs mem
bris separari. Si enim separatu(m) est inu
tile est. Quid enim valet manus ab
scisa vel pes vel auris. Sic excommu
nicatus per excommunicationem separatus a
(christ)o qui est caput et a membris
eius i(d est) ab omnibus (christ)i fidelibus ad
nichilum valet nisi ad eternum igne(m).
Hoc p(ate)t Joh(annis) xv vbi (christ)us dicit. Ego
sum vitis vera et vos palmites. S(ed)
(quem)admodum excommunicatus plus est palmite
absciso a vite. Qui sic abscisus ad
aliud non valet nisi ut comburatur.
Unde aug(ustinus) sup(er) Joh(annem). Nichil debet
formidare (christ)ianus nisi separari a cor
pore (christ)i. Quo toto corpus tremit in
1 separatione vnius membri p(er)undet. Sic
ecc(lesi)a tunc debet totum corpus eius cu(m)
aliquem fidelem videt separari a (com)mu(ni)
one fidelium p(er) excommunicationem vel p(e)c(ca)
tum mortale. pro quo sciendum q(uod) ex(com)
municatio maior non est facile facien
da q(uam) (christ)ianum sanguine (christ)i redemp
tum. Nam vt dicit beatus augustinus.
Cum quidam sacerdos quendam sub

diuino suum (com)municare voluisset, au
diuit voce(m) dicente(m) sibi. Desine miser.
Non enim tu sed ego sanguine tuo
q(ui) eo fudisti. Ultimo est quartum s(cilicet) quod
vnu(m) membru(m) eius exposuit se p(ro)
alio. Hoc p(ate)t de s(an)c(t)o paulino ep(iscop)o
qui se dedit in s(er)vitutem p(ro) filio vi
due. Hec in p(ro)mptu(ario). C. ij. caritatis.

Qui preest in sollicitudine
etc. Ro. xij. Prelatorum sollicitudo
apparet q(uia) sicut pastores et
debent vigilare sup(er) gregem sibi
(com)missu(m). Et in signum huius (christ)us p(ri)mo
pastori s(cilicet) b(ea)to petro dixit pasce
oues meas. Et ideo dicitur hic. Qui
preest in sollicitudine. Vn(de) in p(re)dicto s(er)
mone paulus apostolus dat plura
documenta. Quantum ad p(ri)mum dicit
Qui preest in sollicitudine. Pro quo scien
du(m) s(ecundu)m Ebilh. Tripli(ci) ratione
d(icitu)r prelatus esse sollicitus ad custodi
endas a(n)i(m)as sibi (com)missas. Primo q(uia)
sanguine (christ)i empte sunt. Si quis
haberet de vestibus (christ)i valde dili
genter custodiret. Si vero aliud
haberet de corpore eius ut sanguinem
vel lacrimam diligentius custodiret.
Qualiter ergo d(ebe)t custodire a(n)i(m)as q(ua)s
sanguini suo (com)posuit p(ro) illis sanguinem
2 suum effundendo. Secundo vero qui
in periculo a(n)i(m)e sue ponit a(n)i(m)a(m) ille
p(ro) ex culpa sua perierit. Dicit enim
a(n)i(m)a eius p(ro) a(n)i(m)a illius. Ezech. iij.
Sanguinem eius de manu p(re)lato
3 ru(m) requiram. Tertio vero nisi prelatus
addiscit inq(ui)rit in se fuerit a(n)i(m)as
sibi (com)missas ad diuinam faciem dei no(n)
videbit. Vn(de) Gen. xliij. Non videbi
tis faciem meam nisi fratrem vestru(m)
minimum adduxeritis vobiscum. Debet
ergo prelatus sibi custodire a(n)i(m)as sibi (com)
missas sicut ipse custodiret diligenter
sanguinem (christ)i in vase. Et sic salu

tem propriam quia utrique ea regno celorum excluderentur nisi animas sibi traditas secum adduxerit // Unde hic queritur utrum prelati habebunt maius meritum ceteris hominibus apud deum. Respondet Elucidarius. Qui enim in ecclesiasticis dignitatibus presidunt ut episcopi et presbiteri Si verbo et exemplo bene presunt tot premia specialia habebunt quot anime per eos salue fiunt unde Gregorius in moralibus omelia. Illi preterea deum vident sublime mereri qui se fidelibus ceteris prodesse solliciti sunt. Et deus ipsis pie super gregem suum vigilantibus divina gratia largius se eos circumstat. Si autem subditis verbum dei subtrahunt et eos in foveam mortis per prava exempla ducunt tot penas speciales hereditabunt quot anime eorum pravo exemplo pereunt. Unde etiam Gregorius in moralibus. Tanto prelati debent quod si iniqua prava perpetrant tot tamen mortibus digni sunt quot ad subditos suos perdicionis exempla transmittunt. Secundo autem in secularibus prelati sunt ut reges principes et barones et iudices si iuste iudicant et subditos clementer tractant maiorem gloriam specialis a deo iusto iudice consequentur. Si autem iniuste et crudeliter opprimunt atrociora supplicia habebunt unde Sapiencie 6. Iudicium durissimum in his qui presunt fiet. Unde Iacobi 2. Iudicium sine misericordia fiet illi qui non facit misericordiam. Unde Crisostomus. Quia potentes potenter tormenta sustinent sic et iuste principes fuerint plenius si vere exercuerint potentatum et tantam in suis principibus habebunt gloriam quanta virtute eos in magna delinquendi licencia potes servat. // Quantum ad secundum documentum dicit. Item insperare in hylaritate. Glosa contra illos qui austeritatem in vultu et verbis ostendunt miseris antequam eos releuent in aliquo unde Augustinus. Qui dat ut careat tedio interpellantis non ut reficiat viscera indigentis et rem et meritum perdit. Ut autem elemosina detur cum hylaritate vultus et sermonis dulcedine. Tunc ille a quo pauper petit elemosinam debet attendere quis petat quem representat in forma pauperis. Matthei 25. Quod uni ex minimis meis fecistis michi. Ps. 109. Quo reverencius manum pauperi extenderis eo te cognita // Item debet cogitare quod ipse cottidie a Christo petit regnum celorum. Ideo Adveniat regnum tuum. Et si negat deo hoc modicum deus etiam negabit sibi regnum suum. Proverbiorum 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis ipse clamabit et non audietur. Indignum enim est illi negare terrestrem panem a quo petere celeste regnum // Pro quo sciendum est quod secundum gradum hominum tribuunt elemosinas suas et hoc duplici modo. // Primo ponunt in manibus dei. Et est illa elemosina quod datur viduis et orphanis quibus medicinam prouidet et qui maiorem defectum sustinent propter honorem temporalem precipue quod datur cognatis indigentibus. Ysaie 58. Carnem tuam ne despexeris. Unde in epistola. Beatus qui intelligit super egenum et pauperem ponit illud quod in manu petit et venerande accipit et accipiens glorificat precium suum qui in celis est. // Secundo ponunt super pedes domini quando dant hospitatem mendicantibus et peregrinis et pauperes in hospitium propter deum colligendo. Unde Ysaie 58. Frange esurienti panem tuum. Augustinus. Elemosina est unguentum quo beata Maria

3 magdalena unxit pedes domini. // Tercii
ponunt elemosinam in conspectu domini. Et
est illa elemosina que datur infirmis
leprosis et cecis et captivis et specie
inter paganos. Unde Salomon: Abs-
conde elemosinam in sinu pauperis.
4 // Quarti sunt qui elemosinam in oculis domini
offerunt. Et est illa elemosina quam quis
per se ipsum offert ad altare et cetera inspi-
ce argumentum ubi offertur corpus Christi
domino pro salute vivorum et mor-
tuorum. Et ideo ille qui dat elemosinam
sacerdotibus qui corpus Christi sumunt
vel dat ad structuram domus dei
ubi corpus conficitur et tractatur, ita
accepta est quasi in oculis domini sit posita.
Apostolus: Operemur bonum ad omnes,
maxime autem ad domesticos dei, id est
ad sacerdotes qui sunt illuminatores
7 fidei et doctores. // Quinti ponunt fenore
domino. Et sunt illi qui dimittunt offensas
et iniurias sibi illatas verbis
vel factis in rebus vel in corpore. Augustinus:
Multa sunt genera elemosinarum quas
cum facimus adiuvamur ut dimittantur
peccata nostra, sed ea nichil est maius
quam cum corde dimittimus quod in nos quis
peccavit. // Secundum quod tanta possit esse
offensa sive in rebus sive in fama sive
in corpore quod omnia peccata hoc dimitterent.
Unde Luce 6: Dimittite et
dimittemini. Gregorius in omelia: Cuncti
se peccanti clementer indulserit nullum
peccati vestigium in eius anima remanebit.
// Septimi vestiunt Christum et
est illa elemosina que datur et offertur
pro animabus defunctorum qui sunt in purgatorio.
2 Machabeorum 12: Sancta ergo et salubris
est cogitacio pro defunctis exorare etc.
Unde Bernhardus in sermone:
Hoc est tempus comparacionis ubi cum
temporibus convenite eternam ad tempus

vel calorem ignis vel rigorem frigoris
vel aliquam consimilem dolorem. Ad illos
nobis transeundum est per compassionem
quibus iniusti sumus per hiemem tempore
quo nondum. Et animabus in purgatorio
existentibus subveniendum. Deinde
quantum de causis hoc dixi in capitulo
de tempore sermone 160 etc. // Tercia
tu ad zim documentum dicit Hugo
horre invicem prevenientes. Omnia
quilibet debet presumere aliquid bonum
in proximo suo sive sit manifestum sive
sit occultum in quo ipse eum precellit
quare iudico ab eo est honorandus.
Et oppositum plures faciunt
qui proximos suos despiciunt. Et quoniam
1 fit hoc de causis // prima est M
ignobilitas. Boecius: Si primordia
vestra auctoremque deum spectes
nullus degener extat quod omnes
ab adam quoque fecit. Unde Augustinus
de doctrina christiana: Ego non intelligo te se-
paratum et pauperem impedimentum non
quales in vestibus sunt, sed quales
nati fuistis. Ambo certe nudi,
ambo infirmi, ambo vitam miseram
inchoantes. Et ob hoc ambo
plorantes. Item quod omnes homines habent
unum principium et unum finem
ostenditur in ossibus mortuorum
quod ibi nulla est differencia inter nobilium
et rusticorum. Augustinus: Tu in aliquo
tempore veterum sepulcra frangimus
ossa divitum ac nobilium non agnoscuntur.
9 Ob quid hic unde tangit
10 nobilitas. Item ex virtutibus, unde
primo politicorum. Unde et malicia declinat
nobiles et ignobiles. Ego
hunc nobilem reputo qui nobilitate
sua decet. Et secundum hoc dicitur
moralis dicitur. Pro nosse ut neque
de nobilitate iactat et alios homines
spernat. Unde Augustinus monet dicentes

et nobiles non superbie inducibus
vel contemnimus indices. Non enim potest dicere
vere pro nostre inopie sicut fecerant. Sed dicere
quere sicut divites illi quod ostenderet homi-
nem esse nobilem. De hac materia
plenius habetur in discipulo de tempore
sermone 121. Secunda causa est
paupertas quia divites et nobiles quan-
doque pauperes despiciunt. Sed antiqui
sancti patres in veteri testamento hoc
non fecerunt. Unde Job 30. Si de-
spexi pauperem eo quod non habet vesti-
mentum. Si vestis pauperis est despec-
ta tamen persona hominis est honoran-
da. Unde in novo testamento Christus
honoravit pauperes ipsos in apostolos
eligendo. Unde 1 Cor. 1. Videte vo-
cationem vestram fratres quia non multi
sapientes secundum carnem non multi no-
biles non multi potentes. Sed que
stulta sunt mundi elegit deus ut con-
fundat fortia. Et ignobilia et
contemptibilia mundi elegit deus. Hoc
patet per signa de piscatoribus et aliis
pauperibus pluries elegit apostolos
de sapientibus autem huius mundi unum
scilicet gamalielem legis doctorem, de
nobilibus bartholomeum et etiam pau-
lum qui fuit civis romanus, de divi-
tibus zacheum, de principibus et po-
tentibus terre hyrthocinum centurio-
nem et regulum. Et pauper homo
non est despiciendus sed honorandus
ostendit Gregorius dicens pauper non
reprehensibilis erit moveo sed sed
spiritui non debet. Sed non reprehensio-
nis nil sed veneracionem principem sit
intercessor debet. Tertia causa est
peccatum. Sed Christus non fecit sed quasi
totus est ad peccatoribus et comedit
et bibit cum ipsis ut eos sic reduce-
ret ad viam veritatis et salutis. Sed
pharisei reprehenderunt hoc in Christo

dicentes ad discipulos Christi Matth. 9
Quare cum publicanis et peccatoribus
manducat magister vester. Sic ergo Christi
peccatores non sunt despiciendi sed caritative
amonendi ut de peccatis suis emendet
et peniteat. ad Gala. 6. Si preoc-
cupatus fuerit quis in aliquo delicto
vos qui spirituales estis huiusmodi instruite
in spiritu lenitatis. Item qui hodie
est peccator cras est melior. Luce 6. No-
lite iudicare et non iudicabimini. No-
lite condemnare et non condempnabimini.
Quarta causa est feditas persone. Hoc
deus non fecit. Nam Job ulceribus ple-
num deus non sprevit. Nec lazarum qui
iacuit ante ianuam divitis et canes
lingebant ulcera eius. Et ipse post
mortem portatus est ab angelis in
sinum abrahe. Sic et nos non debemus
personas defectuosas spernere quia quibus-
dam deus permisit sicut placuit ipsi
fieri scilicet scabidos cecos claudos leprosos
et infirmos aut mutos. Et ergo talibus
compaciendum est sicut vellemus nobis
compati. Quantum ad quartum dominus
dicit hic Benedicite persequentibus vos bene-
~~bo~~ male. Notandum est hic. Et bis dicit
apostolus benedicite id est bonum preces optate
in presenti et in futura vita. Oppositum plu-
res faciunt qui ex invidia solent di-
cere puniat te deus hic in presenti vel mo-
riatur ante me in futuro. Et tales qui
petunt talem vindictam super proximum non sunt
in caritate dei nec etiam hic caritatem
dei et proximi secundum Unde etiam apostolus diligere
est alicui bonum velle. Sed talis vult
cum invidia malum proximi et ergo peccat
mortaliter prima Joh. 3. Qui non diligit
fratrem suum manet in morte. Sequitur
hic Et nolite maledicere. Unde hic
queritur utrum maledicere sit peccatum mortale
tale. Respondeo secundum thomam 2a 2e q. 76 ma-
ledictio de qua nunc loquimur est per
quam imprecatur malum cont-

10

aliquid in precando vel optando quod quis secundum se conpugnit caritati proximi ergo est peccatum mortale. Unde in prima Thimo. vi R Neque maledici neque raptores regnum dei possidebunt. Et tanto grauius quanto persona cui maledicitur magis tenetur diligere et revereri tenemur. Unde Levitici 20 Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Contingit tamen esse veniale vel propter paruitatem mali quod quis alteri imprecatur vel propter affectum eius qui profert verba ex levi motu vel ludo vel ex subreptione aliqua talia verba profert quia peccata verborum maxime ponderantur ex affectu et intentione proferentis. Unde in decretis Deus non iudicat verba sed mentem in tenorem proferentis 22 q. 4 humane. Verum tamen ad quintum documentum dicitur: R Gaudete cum gaudentibus et flere cum flentibus. Ubi notandum quod gaudere de malis et infortuniis proximi iniquum et perversum est. Quia illa congratulatio mundi est gaudium dyaboli cum fit de malo alterius. De hoc gaudio legitur Salomonis prouerbiorum 17. Qui in ruina letatur alterius non erit impunitus. B Immundi vero peyores porcis porcus enim porco quod occiditur compatitur. Sed mundi oppositum faciunt. Quibus et tristantur de bonis proximi ipsis malum est quod patet ex hoc quia mundus excecatur ubi dicitur de illuminatori Job 3 qui dicunt meridie tenebras. Tercio mentes mundi cum aliquo bono infligitur de radio lucis excecantur. Deus autem diligentibus omnia cooperantur in bonum. Unde gaudent de illis quibus bene et prospere succedit in rebus in corpore et in anima. Et compatiuntur illis quibus male succedit siue in rebus siue in corpore siue etiam in anima. Et hoc faciunt ex fraterna caritate. Et sic contrario mundi contraria etiam a quibus homines. Ite ergo mundus omnia cooperantur in malum qui invident vel videntur. Unde si bona vel prospera tue affligunde. Sed ante mala et contraria tua letantur et hoc semper eis accidit in periculum animarum suarum. Genere vite mundi in omnibus locis et temporibus oculos habent ut de singulorum hominum prosperitatibus torqueantur. Nam quanta feliciora sunt gaudia tanta maiora fiunt gemitus. Vide verum exemplum horribile de uxore episcopi magdeburgensis quere in compilat. p. 133.

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos ad Ro. 12. Johannes de sancto Geminiano. Filii huius seculi a filiis regni in hoc distinguntur et distinguuntur. Quia filii huius seculi seipsos prudentes reputant et eo huius super alios se extollant. Filii autem regni se ipsos ignaros et imprudentes estimant et in nullo se extollunt sed se aliis subiciunt in vera humilitate. Et hoc est quod apostolus hic dicit Nolite esse prudentes etc. Unde in presenti epistola apostoli ponit quibus Bernardus comminetur. Quantum ad primum sciendum. Est sapientia est duplex. Prima est sapientia huius mundi que dividitur in tres partes scilicet terrena humana et dyabolica. Terrena habent qui sitiunt temporalia bona acquirere. Luce 16 Filii huius seculi prudentiores filiis lucis sunt. Humana autem qui bonis ac corporis ad delicias utuntur. De quibus sapientia dicitur ad Ro. 8. Prudentia carnis inimica est deo. Unde hic quidem vera prudentia carnis sit peccatum mortale. Ro. 6 secundum Thomam 2a 2e q. 55. Sed prudentia carnis accipitur secundum absolutam prudentie rationem ita scilicet quod in cura carnis constituatur ultimus finis totius vite sic est peccatum mortale. Sed vero capitur secundum rationem particularis prudentie sic est peccatum veniale. Contingit enim quandoque quod aliquis inordinate afficitur ad aliquod delectabile carnis absque hoc quod auertitur a deo per peccatum mortale et non constat fine totius vite in delectacionem carnis. Et sic adhibendum studium ad hanc delectacionem consequendam est peccatum veniale. Si vero aliquis inter carnis efficeret in fine honestum puta cum aliquis studet generacionem prolis per carnis susceptacionem hoc nullum est peccatum. Prudencia dyabolica habent qui prudentes sunt ut faciant mala opera. bona autem facere nesciunt aut nolunt sed qui callidi sunt et sciunt decipere homines et eos nocere in rebus eorum. Tales enim velant corpus facere prius se inde scire. Unde Caritas Juli dum omnia conspicies tenentur velare qui male per bonum intendunt recedere vel intuere Math. 24. Et vim quo venimus meis feristis inuicem feristis. Unde habetur quod iniquatum illi peccat qui nec eme nec vende noverunt nisi cum mendaciis et iuramentis. Ros secundum Ray. Quociens cum decipiendi proposito vel mentitur scienter peccat mortaliter et tenetur ad restitucionem. Ergo hoc non solum intelligitur de magnis rebus sed etiam de paruis. scilicet in quibusdam horis quod habent vendere paruas res vel emere et tamen in eisdem multiplicare mendacia et periuria decipiunt. Secunda est prudencia spiritualis que est bonorum spiritualium de quibus dicitur Luce 10 Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Ubi sciendum quod in tribus imitari prudenciam serpentis debemus. Serpens enim totum corpus pro capite exponit. Et nos pro capite nostro Christo corpus in tribulacionibus exponere debemus ad Ro. 8. Quis nos separabit a caritate Christi etc. Item serpens in arto loco veterem pellem deponit. Sic et nos in arto loco penitencie debemus deponere vetustatem culpe. Item serpens obturat unam aurem terra et aliam cum cauda. Sic et nos contra blandimenta huius seculi muniamus nos consideratione terrenitatis vite nostre et mortis nostre. Item notandum quod hec est vera prudencia secundum Bern. Ut preterita mala defleas, presentia temporalia ista contempnas, pro eternis tu suspires. Et hanc prudenciam dominus nobis Deut. 32 Utinam saperent et intelligerent ac novissima providerent. Ea percent scilicet preterita peccata quia sunt amara Jer. 2. Vide quia amarum et malum sit dereliquisse te dominum deum tuum. Malum est in culpa et amarum in pena. Item intelligerent presencia que sunt vana Eccl. 1. Vanitas vanitatum et omnia vana quia quasi quedam sompnia sunt. Eccl. 34 Sompnia extollunt imprudentes. Talis erat ille diues cui dictum est Luce 12 Stulte hac nocte repetunt animam tuam a te et que parasti cuius erunt. Item novissima providerent scilicet eternitatem glorie quantum ad bonos et iustos et eternitatem pene quantum ad malos et iniustos ut unusquisque sibi provideat in futurorum in congregacione meritorum. De quo Prov. 10 Qui congregat in messe filius sapiens est. Tempus messis vita est presens. Et qui multa per opera virtutum congregat hic sapiens est. Et hec est sapiencia formice que cum non habeat preceptorem congregat in estate quod comedat in yeme Prov. 6 Vade ad formicam et disce o piger sapienciam. Item notandum quod tria sunt que faciunt opera nostra bona et placentia coram deo. Primum est ut opera nostra fiant in caritate. Unde sicut illi qui sic faciunt in caritate. 1 Cor. 16. Omnia opera nostra in caritate fiant. Unde moraliter. Opera extra caritatem non valent ad vitam eternam. 2e. q. 1. Si. Secundum est ut homo operetur cum perseuerancia Mt. 24. Qui perseverauerit

9

feneraverit usque in finem salvus erit. Gregorius in moralibus: Incassum bonum agitur si ante vite terminum non perficiatur. Bernardus: Tolle perseverantiam nec obsequium mercedem habebit. Unde ysidorus de summo bono: Non est beatus qui bonum facit sed qui incessanter facit. // Tertium est

3

tertio sit recta ut omnia que facimus ad laudem dei et pro salute nostra totis viribus ordinemus. Quod super omnia necessarium est eo quod ex intentione omnia que facimus a deo iudicantur. Luce xi: Si oculus tuus simplex fuerit, id est intentio, totum corpus tuum, scilicet opera tua, lucidum erit. Ambrosius: Intentio operi tuo nomen imponit. Unde in decretis: deus iudicat intentiones, de pe. dis. i. Si enim

// R

// Tenemur ad 2m documentum dicit: Nulli malum pro malo reddentes. Ubi sciendum quod aliqui reddunt mala pro malis et istud prohibet apostolus hic dicens: Nulli malum pro malo reddentes. Item aliqui reddunt bonum pro bono et hoc est humane moralitatis quia ratio hoc dictat. Item aliqui bonum pro malo. Et hoc est perfectionis virtutis sicut christus qui oravit pro crucifixoribus et beatus stephanus pro lapidantibus. Sic et veri christiani imitari debent christum et sanctos. Item aliqui malum pro bono et hoc est proprie malignorum sicut iudei christo fecerunt quibus predicavit et infirmos eorum curavit. Sed ipsi reddiderunt ei malum pro bono. Sic etiam adhuc plures christiani faciunt christo domino unde ipse conqueritur in ps. 108: Retribuerunt michi mala pro bonis et odium pro dilectione mea. Hoc sic probatur: Natura si dat hominem pulchritudinem, tu eam extollit et lupanizat. Si divitias, tu abutitur. Si paupertate et infirmitates, impatiens erit etc. // Tenemur ad 3m dicit: Providentes bona non tantum coram deo sed etiam coram hominibus. Ratio: non solum debemus

2B

hoc tamen ab offensa dei primo etiam a scandalo proximi. Unde hic gregorius super ezechielem: Scandalum semper sit peccatum. Ad hoc dicit thomas 2a 2e q. 43: Quod duplex est scandalum, scilicet passivum, et est in illo qui ex dicto vel facto proximi scandalizatur. Et semper est peccatum. Non enim scandalizatur nisi inquantum aliquis ruit spirituali ruina que est peccatum. Dicit sanctus thomas ibidem: Et scandalum passivum potest esse veniale quando homo operatur tamen puta in aliquo ex inordinato dicto vel facto commovetur motu venialis peccati. Et aliquando est peccatum mortale quando homo in imperfectam ruinam, puta si aliquis ex inordinato dicto vel facto alterius procedit usque ad peccatum mortale. Scandalum vero activum est in eo qui ex inordinato dicto vel facto proximum suum scandalizat. Et hoc potest fieri tribus modis. // Primo ut quis venialiter peccat et per hoc etiam vult alium inducere ad peccandum venialiter et sic ille facit duo venialia peccata, unum respectu sui ipsius, aliud respectu proximi. // Secundo ut quis enim peccat mortaliter et per hoc intendit alium inducere etiam ad mortaliter peccandum et sic facit duo peccata mortalia, unum respectu sui ipsius, aliud respectu proximi. // Tertio qui contempnit salutem proximi ut pro ea conservanda non pretermittat facere quod sibi libuerit sive loquendo sive insaniendo, sed quod hoc quod sibi libet facere stat fieri in periculum et in ruinam proximi et tamen postponit saluti proximi, sicut mulier ornatum sui corporis, et talis contra eos peccat. Unde Exodi 22: Reddet dampnum qui ignem accendit. Glosa: Ignem peccati accendit qui pro exemplo malo proximum corrumpit. Item Exodi 21: Si quis aperuit cisternam et fodit et non operuit eam

cenderit quod bos vel asinus in eam
reddet dominus cisterne precium iumenti
ubi glosa Cisterna aperitur quando non
lucet ornatur in ea vel non cooperta
bos vel asinus cadit quando occasione
pulcritudinis quam male intuente of-
fendit aliquis perit. Et in hoc
capitulo contra penitentiae de mali mulie-
re requiritur. Unde dicitur in decretis Da-
tes occasionem scandali reus es sceleris pe-
rimentis 19 q. 1 hii. Unde Mt. 18 Ve ho-
mini per quem scandalum fiet // Circa
tercium ad quartum dicit. In omnibus
habitus pacis habebitis ubi nota
Et pacem denique diligere quod Christo
valde placet. Ipse quidem hic nasci
voluit tempore pacis. Circa sic de
virgine natus est ut ostenderet se dili-
gere pacem et habitare in pacificis
ps. 75 In pace factus est locus eius
// Secundo dedit discipulis suis in
vita propria doctrinam pacis. Luce 10.
In quamcumque domum intraveritis primo
dicite pax huic domui. Tercio
pro hereditate et testamento reliquit
Jo. 14. Pacem meam relinquo vobis
pacem meam do vobis. Unde Augustinus de
civitate dei Penitent qui testamentum
eius noluerunt observare // Quarto quia
tunc emit quia 33 annis laboravit
et ultimo mortuus est ut pacem fa-
ceret. Et in signum eius post mortem
apparuit discipulis et ultimo mortu-
us est ut pacem faceret. Et in signum huius
post mortem apparuit discipulis suis dicens
pax vobis et ostendit eis manus et
pedes // Quinto quia eos filios suos vocavit
Mt. 5 Beati pacifici quoniam filii dei vo-
cabuntur. Unde Gregorius in pastorali Filii
dei vocabuntur filii qui pacem faciunt
procul dubio sathane sunt filii qui pacem
confundunt. Qui pacem timet tem-
nantes dyabolus vigilans querens
quod de ipsis omnibus multos in laqueum
decipit ruine. Et discordes et unam
uniter viventes in domo domini quanto deo
et sibi per vinculum caritatis tanto dolore
tanto livore tanto tedio dyabolo inferunt
// Unde dicit glossa. Utrum discordia sit
peccatum mortale. Respondetur secundum Thomam 2a 2e
q. 37. Cum aliquis scienter et ex in-
tencione dissentit a bono divino et a bono
proximi in quo debet consentire hoc est peccatum
mortale ex suo genere propter contrarietatem
ad caritatem. licet primi motus huius dis-
cordie sint peccata venialia propter imperfecti-
onem actus. Sed cum intendo aliquorum esse
1 aliquod bonum quod pertinet ad honorem
dei vel utilitatem proximi cum unus existi-
mat hoc bonum esse. Alius autem
habet contrariam opinionem non est peccatum
nisi huiusmodi discordia sit cum errore
2 circa ea que sunt de necessitate salutis
vel pro pertinacia indebite teneatur.
Ex quo patet quod discordia quandoque est
3 ex peccato utriusque puta cum uterque dissen-
tit a bono alterius et diligit bonum
proprium // Quantum ad quintum dicit
nos dicit apostolus quod de inimicis nostris
non debemus nos vindicare Ro. Non vosmet
4 ipsos defendentes. Sed debemus ipsis bene-
ficia impendere Ro. 12 Si esurierit inimicus tuus ci-
ba illum etc. // Unde Ricardus. Vicium appetitus
vindicte contingit sex modis // Primo ap-
petendo vindictam de illo qui non me-
ruit sed propter innocentem // Secundo quando ap-
petit plus quam illud demeruit // 3o quando
non debito ordine quia per se vult vindi-
care et non deo committere quod per rapinam
committit et deum contempnit. Contra scrip-
tum est Deu. 32 Mihi vindictam et
ego retribuam dicit dominus // 4o quia
non ex debito fine quia appetit ut solum
vindicetur non ut bonum iusticie con-
servetur et ut vicium emendetur // 5o

quam proximo nostro et vindicte nimis senit ab initio vel ab eo sic quod non invocat facere contra preceptum dei et contra caritatem proximi. Quandoque autem illorum quidam morte quod deliberate fit tunc peccatum est mortale. 2

6 Sexto quod interius vindicantes ferant pro quo ad aliquos bonum puta ad emendacionem peccatoris vel saltem ad correptionem eius et quietem aliorum ad iusticie conservacionem et dei honorem. Et talis vindicatio non est peccatum sed est licita aliis debitis circumstantiis servatis.

9 Ultimo queritur. Cum sancti in celo manentes cum deo vindictam de inimicis expectant ut apoc. 19. Clamant enim sancti dei vindictam domine sanguinis nostri qui effusus est.

10 Respondeo quod isti sancti iam in conspectu dei et claritate sui existentes vident voluntatem ipsius. Et ideo ab ipso accipiunt quod eum velle facere noverunt et de ipso bibunt quod ab ipso sanctum petunt. Ante vindictam duobus modis de inimicis et hec tamen cavetis ut scilicet qui ad vitam eternam sunt predestinati convertuntur a malo ad bonum. Cum vero persistente adeo dampnandi sunt moriantur et peccare desistant. Unde ambrosius super lucam. Melius esset peccatoribus male agentibus cito mori quam ut impietates diu exercerent et per hoc maiore pena in inferno haberent ubi unusquisque secundum qualitatem operum percipiet magnitudinem et multitudinem penarum. Quod peccatum utique caritatem est et inhumane. Non autem putandum est quod illi sancti in celo corporeo vel voce clament sicut nos qui aereum flatum in ventre coarctamus per organa gutturis. Sed vox illorum desiderium illorum et caritatis quanto illorum clamat quanto magis desiderio flagrat. Propter desiderium cordis eorum audiunt aures eius.

2 Secundo petunt de regibus vindictam quod optant venire diem extremi iudicii et resurrectionem suorum corporum. Crisostomus insignium hoc tempus longis de extremo iudicio. Inquit dominus. His autem fieri incipientibus respicite et levate capita vestra quoniam appropinquabit redemptio vestra id est glorificatio animarum et corporum et retribucio omnium meritorum. Unde augustinus. Resurgent igitur corpora sanctorum sine ullo vicio sine ulla deformitate sicut nulla corruptione sine omni difficultate in quibus et tanta subtilitas et agilitas quanta felicitas.

Ultimo queritur. Cum inimicos benefacere debemus et ut sic nobis reconcilientur. Hoc quere in principio

ff

7. 22. Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Ro. 13. Joh. de sancto Gemin. Si ad invicem dilectionem habuimus proximo et omni debito satisfaciemus et in hoc mandatum dei implebimus. Legitur de sancto Iohanne apostolo et evangelista de quo testatur Jeronimus. Cum usque ad ultimam senectutem Ephesi moraretur et vix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur nec plura verba dicere posset ad quibus pausans hoc dicebat Filioli diligite alterutrum. Tandem fratres qui cum eo erant mirantes quod semper eadem verba repeteret dixerunt ei Magister quare semper eadem loqueris. Qui respondit quia preceptum domini est. Et si hoc solum fiat sufficit. Unde pro perfectione illius precepti

salvatore dicebat Joh. xv Hoc mando vobis ut diligatis invicem et applicando ait paulus Rom. volens tradere modum quo valeat satisfacere creditori in debito quo sibi tenemur dicens nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Unde in predicto sermone tria sunt dicenda primo de caritate fraterna. Secundo aliquas questiones. 3o quoad gradum. Quantum ad primum notandum. Ex pr[imo] debemus diligere proximum propter naturalem et spiritualem fraternitatem. Omnes enim sumus fratres ex uno patre et ex una matre scilicet ab adam et eva geniti corporaliter et etiam propter spiritualem fraternitatem. Nati enim sumus ex uno patre scilicet deo et matre ecclesia. Et baptizati sumus in uno baptismo et effecti sumus filii dei et fratres spirituales. Juxta illud psalmi Particeps ego sum omnium timentium te et custodientium mandata tua, et in spe coheredes regni celestis. Item ad Rom. viii Si filii et heredes. Item Si quis amat fratrem suum qui secum hereditatem patris dividit quantum debet amare fratres illos qui hereditatem suam ei augebunt. Quanto enim plures salvi erunt tanto pluria gaudia habebunt electi in celo. Unde etiam magister sententiarum libro 4o dist. 49 de civitate que in singulis erit perfecta caritas quilibet gaudebit de alterius bono quantum gaudebit si haberet in se ipso.

S

Secundo hic sciendum quod caritas fraterna habet quosdam gradus. Primo quibus diligere debet uxorem et parentes. Unde hic queritur utrum vir tenetur plus diligere uxorem quam parentes. Respondeo secundum Thomam 2a 2e q. 26. Unde Gen. 2o dicit adam postquam creavit evam que fuit de costa ade formata Hoc os ex ossibus meis et caro de carne mea, quapropter relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori. Sed tamen sciendum quod vir tenetur plus honorare parentes quam uxorem et plus intelligendum est de uxore.

q. r.o

Unde queritur utrum causa religionis pretermittenda sint pietatis officia in parentes. Respondeo secundum Thomam in quolibet aliter dicendum est de illo qui nondum religionem intravit. Et aliter de illo qui iam in religione professus est. Qui enim nondum intravit religionem si videt parentes suos et indigentes et quibus per alium subveniri non possit non debet religionem intrare sed tenetur ipsis ministrare magis quam absque periculo peccati possit in seculo manere. Si vero per alium possit parentibus suis ministrare licitum est si vult religionem intrare. Postquam vero iam aliquis in religione est professus iam mortuus est mundo. Unde per spiritualem mortem deobligatur circa impendenda parentibus sicut etiam deobligaretur per mortem corporalem. Et ideo non peccat nec contra preceptum agit si in claustro permaneat sub precepto prelati proprio administratore promissa. Est autem filius impotens ad reddendum debitum ministerium absque sua culpa. Debet tamen quantum potest salva sui ordinis obedientia satagere ut per se vel per alium suis parentibus subveniat secundum quod necessitate fuerit.

b

Secundo tertio quibus diligere pueros et cognatos. Unde hic queritur utrum magis tenemur diligere meliores quam nobis coniunctos.

q. r.o

Respondeo secundum Thomam 2a 2e q. 26. Melioribus quidem ex parte deo propinquioribus magis bonum ei ex caritate volumus scilicet maiorem gradum beatitudinis. Quia ad caritatem pertinet ut velit dei iustitiam servari secundum quam meliores perfectius beatitudinem participant. Sed tamen homo magis intense coniunctos diligit ff

1 coniunctos et hoc triplici ratione. Primo
quia intensiori affectu diligit ad id
bonum ad quod dicit eos quia me-
2 liores ad magis bonum. Secundo quia
non coniunctos aliqui sunt nobis propinqui
secundum naturalem ordinem a quo discedere
non potest. Sed bonitas secundum quam aliqui
appropinquant deo potest accedere augeri
et minui. Et ideo possum ex caritate
velle quod ille qui est coniunctus mihi sit
melior altero et sic ad maiorem
beatitudinis gradum pervenire possit.
3 P. Tertio quia pluribus modis sive tan-
tis coniunctos diligimus. Nam ad aliquos
non habemus nisi amicitiam caritatis.
Sed ad coniunctos nobis habemus aliquas
alias amicitias secundum modum coniuncti-
onis eorum ad nos ut quia aliquis
est consanguineus vel cognatus vel civi-
ius. Unde secundum quodcumque aliud [illegible]
licitum. Et ita ex caritate pluribus
modis sed causis magis diligimus
coniunctos nobis. Tertio tenetur quis
diligere domesticos suos. Et extra-
neos. Quarto inimicos Matthei 5.
Diligite inimicos vestros. Quantum
ad 2m notande sunt hic alique distinctio-
4. nes. Et primo utrum diligere ini-
micos sit de necessitate salutis. Respondeo
1.o secundum Thomam 2a 2e q. 25. Dilectio ini-
micorum potest tripliciter considerari.
Uno modo ut diligantur inquantum sunt ini-
mici et diligere malum alterius. Alio
quantum ad naturam sed in universali et
dilectio inimicorum est de necessitate
salutis ut scilicet aliquis diligens deum
et proximum ab illa generalitate inimi-
cos non excludat. Tertio potest con-
siderari in speciali ut scilicet aliquis in spe-
ciali moveatur motu dilectionis ad
inimicum. Et hoc non est de necessitate sa-
lutis absolute. Quia nec moveri
motu dilectionis in speciali ad quos-
libet homines singulariter est de
necessitate salutis nisi secundum animi
preparationem ut scilicet homo habeat animum
preparatum ad hoc quod singulari-
ter inimicum diligeret si necessi-
tas occurreret. Sed quod absque necessitatis
articulo diligat pertinet ad cari-
M tatis perfectionem. Secundo hic queritur
4. utrum sit de necessitate salutis
quod quis in isto signo vel effectus
1.o dilectionis exhibeat. Respondeo secundum Tho-
mam 2a 2e q. 25. Quod sicut homo in
generali tenetur inimicum diligere et non
in speciali. Ita signa dilectionis
que in generali proximis consueverunt exhibe-
ri tenetur etiam inimicis exhibere puta ut
cum aliquis orat pro omnibus fideli-
bus vel pro toto populo vel quando aliquod
beneficium impendit toti communitati tunc
etiam hic inimicis exhibere et de neces-
sitate precepti et contrarium facere pertinet
ad livorem vel vindictam. Specialia
vero signa dilectionis vel beneficia que
quis exhibet particulariter aliquibus
personis quod inimico exhibeat non
est de necessitate nisi secundum ad prepara-
tionem utputa in necessitatis articulo secundum
Prov. 25. Si esurierit inimicus tuus ciba
illum. Sed hoc facere praeter necessitatis articulum
pertinet ad caritatis perfectionem per quam
aliquis non solum cavet a malo vin-
ci sed vult vincere in bono malum quod
scilicet non solum cavet ne propter iniuri-
am sibi illatam pertrahatur ad odium
sed etiam intendit inimicum suum ad
M 4 amorem pertrahere. Tertio queritur utrum
pro conservatione rerum temporalium liceat
aut raptorem aut aliud inimicum
1.o occidere. Respondeo secundum Heinricum de Frymaria.
Quod quamvis pro conservatione propriae per-
sone liceat in necessitate inimicum vel
aliud occidere ne ab ipso occidatur

hoc tamen in collatione est locutio pro
rerum temporalium consumacione quia vita
eterni preferenda est rebus fortune
Secundum ad 2m nota exemplum de beato
Paulino qui se ipsum posuit ad
ocadendum propter caritatem proximi. Require
in promptuario . C . vj .

Induite vos sicut electi dei ad
Coll. 3. Primus homo veste innocen
tie perdidit quando fructum prohibi
tum comedit. Hanc vestem recupe
rat homo in baptismo. In cuius signum par
vuli baptisati candida veste in
duuntur. Et beatus est qui hanc vestem
recuperatam in baptismo custodit.
Unde apoc. 16. Beatus qui custodit vesti
menta sua ne nudus ambulet et
videant gentes turpitudinem eius. Et
ve illis qui hanc vestem amittunt.
Ideo monet apostolus illos qui vestem
spiritualem amiserunt recuperare eam dicens
Induite vos sicut electi dei. Unde apostolus
in predicta epistola ponit quinque documenta.
Primum quod debemus esse induti ne nudi
appareamus ne dicatur nobis illud Math
22 Amice quomodo huc intrasti. Secundo
sciendum quod vestis preciosior est cari
tas quia sicut vestes tegunt, calefaciunt
et ornant hominem. Sic caritas primo
operit delicta. i pe. 4. Caritas operit
multitudinem peccatorum. 2o calefacit
desideria. Job 37 Nonne vestimenta
tua calida sunt. Insignit hec caritas
dicitur ignis. Luce 12 Ignem veni mittere in
terram. 3o decorat animam quia inquantum
hic de caritate tantum hic de pulchritudine
habebit in gracia et in futuro in gloria. Unde
quilibet pro qualitate caritatis quam hic
acquirit habebit in premio clari
tatis. Unde alius alio videbit clarius amabit
ardencius et gaudebit intensius. Et
clarius deum ab uno quam ab alio vide

atur. Nota exemplum in pila que quod est omnibus
ad videndum tamen quanto purior et cla
rior est oculus tanto et radios solis
intimius efficacius. Item patet in fonte quo
pluribus ad eum sitiente venientibus qui
plus sitit plus et delectabilius bibit.
Item patet in cibo. Quia quanto quis
plus esurit tanto in cibo plus delectatur
quam offertur. Sic a simili licet omnes in
patria deum contemplantur non tamen in pari
contemplacione eodem modo fruuntur. Unde au
gustinus: Quanto nunc amor dei fuerit
ferventior tanto eius visio erit suavi
or. Et ideo hic desideremus arden
cius tanto eum ibi videbimus clarius.
Quartum ad 4m docet nos hic
apostolus offensas remittere et donantes
invicem ipsis si adinvicem aliquis habet que
relam. Unde hic quidam primo vere remittere
petentibus veniam tenentur remittere. Vide
supra de sup. 3. ti. fraterne. Si iniuria
vel dampno aliquo dato solet in eo
tum sit vera contricio sed tamen in ef
fectu et actu intime tantum remittere.
Primum tenetur homo statim remittere et nunquam
in corde habere. 2m tenetur homo remittere
veniam petenti penitenti . i . parato emen
dare secundum facultatem suam. De quo potest
intelligi quod dicitur luce. 17. Si peccave
rit frater tuus in te increpa illum et si peniteat
dimitte illi. Sed si non pe
tat tamen ad hoc tenetur homo remittere
scilicet rancorem, quod intellectu illius sancti
pro duo sunt scilicet rancor et pena sed
sed primum et quibus potest facilius
cognosci illud querere rancorem contra
aliud. Sunt si plus locutus est ei salu
tando et id non facit quam alia sed
sunt remota. Et quibus non potest fa
cilius compati odium gerere. Unde si tan
ens non loquitur ei vel non tenetur ad domum
eius vadit ut prius tamen bonum inter
esse sed ut alius emendet se et recog
noscat se deum et proximum offendisse
et petat veniam et sic licitum est

Sed tamen scilicet actionem iniurie quam iniuri-
antem non tenetur dimittere nisi ille
sibi satisfaciat secundum posse suum. Unde
in decretis: Nemo tenetur dimittere iniu-
riam nisi sibi sit satisfactum. 23. q. 1.
q. R Si illic. Secundo licet quilibet utique of-
q.o fensus teneatur petere veniam ab offendente.
Respondeo quod non nisi in casu quo proba-
biliter cognosceret quod si peteret veniam
et se humiliaret alius lenaretur qui
alias in illo modo vult desistere ab
odio concepto tunc tenetur. Tertio licet
q. quilibet utrum magis sit meritorium dili-
q.o gere inimicum quam amicum. Respondeo secundum
Thomam 2a 2e quod magis est merito-
rium diligere inimicum quam amicum. Ca
plus deus est causa quare diligitur inimi-
cus. Sed dilectio amici potest habere aliam
causam quam deum quia potest diligi propter
consanguinitatem vel propter aliquod beneficium
sibi impensum ab amico. Sed inimicus
non diligitur nisi propter deum. Et facere
re aliqua pure propter deum est magis
meritorium igitur etc. Quantum ad 3um
documentum dicit hic apostolus: Sup-
er omnia autem hec caritatem habentes quod est
vinculum perfectionis. Ubi sciendum quod debemus
1 R precipue appetere caritatem. Primo quia est
virtus nobilissima secundum Thomam 2a 2e qui
dicit: Caritas excellentior est omnibus
virtutibus sicut comparatur aurum quod excellit
alia metalla. Sic et caritas ceteras
virtutes. Augustinus: Sicut deus est summum
bonum sic caritas que deus est omnes
2 virtutes perfectissime in se habet. Secundo
quia est virtus sublimissima quia unum
pater noster in caritate dictum plus valet
quam omnia opera a principio mundi facta
contra caritatem. Unde in decretis: Opera
extra caritatem non valent ad salutem 2.
q. 1. Odi. Et apostolus: Si distribuero omnes
facultates meas pauperum etc. Bernardus:
Caritas est bonum sine quo nec opera

mundum desperant et sine qua nec
maiora accepta. Insuper aliena
opera propria facit per participationem.
Unde in psalmo: ego participem fac me de-
us omnium timentium te. Item caritas
est virtus largissima quia facit omnia
3 sua. Tercio quia sine caritate nullus
salvatur sed cum ceteris virtutibus po-
test quis dampnari sicut cum fide. Unde apostolus:
Si habuero omnem fidem ita ut
montes transferam caritatem autem non etc. Ca-
pluries dampnati sunt qui habuerunt
plenam fidem sed non secundum fidem vixe-
runt. Et sic de spe. Unde proverbiorum: Spes
impiorum peribit. Et etiam de castitate.
Unde Ieronimus in epistola: Castitas sine cari-
tate lampas sine oleo non lucet.
Tolle caritatem et castitas non pla-
cet. Insuper omnia sacramenta habere
potest sicut baptisma confirmacionem
eukaristiam omnes ordines et matri-
monium etc. Et tamen dampnari. Augustinus:
Habere omnia sacramenta et malus esse
potest. Quantum ad quartum dicit hic:
Et pax dei in cordibus vestris exul-
tet. In hiis verbis inducit nos ap-
postolus ad servandam pacem et ad
predicandum concordiam. Tercia con-
tendere est proprium dyabolicum. Unde Au-
gustinus: Nichil est similius actibus
demonum quam litigare. Ex quibus
verbis iam dictis patet quod signum dya-
boli et non dei se ostendit qui li-
benter litigat. Thymotheum 2o: Servum
dei non oportet litigare sed mansue-
tum esse ad omnes. Insuper discordias
faciens et non pacem litigans non solum
est signum dyaboli sed vere filius dyaboli.
Unde Gregorius in pastorali: Si dei
vocantur filii qui pacem faciunt procul
dubio sunt filii sathane qui pacem

confirmandum Unde hic queritur utrum
contencio sit peccatum mortale Respondetur secundum
Hermannum de schilding Contencio
est impugnacio veritatis cum confi-
dencia clamoris et ut sic semper
est peccatum mortale quia expugnat
veritati et paci que est effectus cari-
tatis sine qua caritas haberi
non potest Racio secundum augustinum in
libro de pastore Superbia parit dis-
sensionem caritas unitatem Et ideo
quod contenciosis per sacros canones
prohibetur ordinari Ut patet dis. 86
quod non fieret nisi contencio esset
peccatum mortale Si tamen aliquis
impugnaret falsitatem vel defen-
deret veritatem cum non moderato cla-
more posset esse veniale peccatum nisi
tanta esset moderacio quod esset de
hoc scandalum magnum tunc etc
posset in hoc quis committi peccatum mor-
tale maxime quando impugnacio falsitatis
vel defensio veritatis non pertinet
ad confirmacionem vite vel ad veritatem
fidei Si autem pertinet ad aliquid
istorum non tamen quod semper posset quis
hoc aliquis modo in peccatum mortale
Quantum ad quintum dicit apostolus
Grati estote Ubi apostolus hortatur
nos ad regraciandum deo de beneficiis
ab eo receptis Racio gracie actio
est honore a deo receptore aug-
mentativa Nam si deus magnificus
provocamur ad dandum maiora si de
receptis gracias referamus Unde Crisostomus
super matheum Graciarum actio est invita-
tiva ad plus dandum Et ideo omnimodis
est impendendum de receptis gra-
tias agere Et per oppositum qui non
agunt gracias de receptis perdunt et pri-
vari iam habitis Augustinus Ergo deus

dedit contra tollit ingratis Et non
sit dignus de acceptis in futurum
beneficiis accipiendis indignus est qui fuit
de acceptis ingratus // Non sufficit Et
dei beneficia sunt multiplicia et quasi in-
finita et non hoc cotidiana Unde Ber-
nardus dignum est semper gracias agere quia deus
numquam cessat nobis benefacere Augustinus
Tanta bona fecit tibi deus quod si mil-
le annos mille mortes sustinere deberes
pro minimo eius bono non posses ei satis-
facere cum debita graciarum actione Er-
go quibus nostrum diligenter debet attendere
de beneficiis dei et non abuti sed deo
grates referre Unde ait augustinus de ci-
vitate dei Quicumque beneficia dei non videt
cecus est qui non laudat ingratus est quicumque
reluctatur insanus est Sed circa
id dictum queritur utrum ingratitudo sit pec-
catum mortale Respondetur secundum thomam secunda secunde
q. 107 Ingratus dicitur aliquis dupliciter Uno modo
per solam obmissionem puta quia nomine re-
cognoscit vel non retribuit vices pro
beneficio accepto Et hoc non est semper
peccatum mortale Nam si ingratus pretermit-
tit id ad quod non tenetur non peccat mor-
taliter sed venialiter Racio potest esse
negligencia quedam seu quedam disposicio
quia tunc esse mortale propter interiorem
contemptum aut si prohibet hoc illud quod
ex mercede debetur beneficio pro sim-
plici in aliquo modo gradum // Alio modo
dicitur ingratus non solum quia pretermit-
tit sed contrarium agit Et hoc etiam secundum
condicionem eius quod agitur quandoque est peccatum
mortale quandoque veniale Ubi contra
de multe qui alteri multi indulsit
offensione proximi sui Require in principio

q. 17

Sic audite ut comprehendatis primum Corinth.
9. Joh de sancto geminiano in prima
epistola Multi sunt qui currunt
ut fidem recipiant et copiam gracie

M 1 tant. Sed pauci sunt qui palmam victorie capiat. Hoc est enim quod habetur in ewangelio lecto Math. 20 Multi sunt vocati pauci vero electi. Io ad 2B quam palmam victorie non recipiunt vero esse qui deum vocibus serviunt moribus fugiunt. Sed ergo palmam que quondam sit vincentibus dabatur incipimus habere. Sed illud quod corde conceptum est et ore proferamus opere ostendere debemus. Hoc est quod apostolus hortatur nobis dicens Sic currite ut comprehendatis. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de cursu presentis vite. Secundo de castigacione corporis. Tercio quomodo perveniatur ad premium eternum. Et possumus distinguere tres species cursus secundum proprietates. Primus est cursus ad mortem temporalem. Hunc cursum currunt omnes nobiles et ignobiles divites et pauperes iuvenes et senes. Quilibet facit omni die unam dietam ad mortem. De hoc cursu dicit Augustinus Nichil aliud est tempus presentis vite quam cursus ad mortem. Ex quo patet quod satis fatuum est sectari gaudium in mundo isto cum potius fletus precedat ad eos qui ad mortem tendunt quam risus. Ideo recte dictum est a Salomone Risum reputavi errorem. Item fatuum est laborare pro longa vita valde enim fatuum est ad locum aliquem properare et nolle ad eum pervenire. Augustinus Contra vanam quam totiens querunt homines videndum veniat. Ipsum enim dum vivere querimus ad finem videmus studia tua contraria sunt ambulare vis et pervenire non vis. Ostendit quomodo iste cursus inveniatur in sole. Sicut primo oritur sol et ascendit et ad locum suum revertitur. Quam cito sol ortus est tam cito incipit ad occasum. Et quod circuit omnia lustrans redit ad locum unde processit. Sic homo puer quam cito natus est incipit currere ad mortem. Et cum mortuus fuerit currit ad auctorem suum scilicet ad Christum ut penam vel premium habeat ab eo recipiat. 2 Secundus cursus est malorum hominum qui sunt in peccatis mortalibus. Et iste cursus nichil aliud est quam festinacio ad penam eternam. Augustinus Non ad mortem eternam festinat qui non solum de die mala operantur sed etiam de nocte. Nec etiam solum ferialibus diebus sed etiam festivis illis quibus peccator mortalis quotidie dietam unam facit ad infernum. Unde Ps. 29 Appropinquaverunt usque ad portas mortis. De hoc cursu dicit Bernhardus Magna confusio credentis desiderat speciales preciosa quam vilia. Illa veritate tendunt ad penam quam ad gloriam. Wilhelmus Vere gens absque consilio est et sine prudencia utinam saperent et intelligerent et novissima providerent utinam cognoscerent et converterent pedes suos in viam salutis. 3 Tercius est cursus bonorum hominum qui in gracia sunt et isti quotidie faciunt unam dietam ad gloriam celestem. Unde Bernhardus Qui amat credentis currit velociter et pervenit cito. Unde velociter currendum debent nos movere tria. Primum est temporis brevitas. Iste breve enim tempus quod restat homini nulli scire nullum. Job. Breves dies hominis sunt 14. Tempus enim quo modo vivimus et eternitas vite future se ad invicem comparantur sicut vigilia precedens ad festum sequens. In vigiliis enim solent homines ferventer laborare. In diebus autem festivis tunc quiescunt et vacant solaciis divinis. Isto modo moraliter ista vita nostra est vigilia magna nos levimus oracionibus et laboribus

vacare debemus Unde apostolus ii Cor
6 In omnibus exhibeamus nosmet
ipsos sicut dei ministros etc. Secundo
tur in vita futura erit festiua et
solemnitas sempiterna Et tunc
vacabimus quiete et gaudio et
leticia Unde apocalipsis xiiii Beati mor
tui qui in domino moriuntur amodo dicit
spiritus ut requiescant a laboribus
suis Secundum est multitudo et
sublimitas personarum expectancium
nos venientes nec eciam expecta
tes ingressum nostrum Unde Bernhardus
Expectant nos angeli ut eorum
ruina restauretur Sancti vero
ut eorum gloria compleatur Deus
pater quos filios et heredes quos sibi
omnia bona constituat Filius quos
fratres et coheredes ut fructum na
tiuitatis et coheredes passionis
patri suo offerat Et ipse spiritus sanctus
qui est caritas et benignitas in
qua pater nos predestinavit Licet enim
bene qui predestinationem suam velit
implere quia velocius et lecius
accedit aliquis ad aliquem locum pre
tis similiter si scit se expectari a be
ata societate mansione Tanto ergo
cicius debemus ad locum deliciarum et
non solum mansionem sed christus et omnes
sancti et angeli nos expectant
et parati sunt letanter et acceptabiliter
nos suscipere Tercium est brauij
preciositas quod est corona eterna De qua
dicit apostolus Illi quidem ut corrupti
bilem coronam accipiant nos autem
incorruptam Corona est istud bonum
quod oculus non vidit nec auris
audiuit Ipsa est dulcedo illa
quam innuit dauid in psalmo 30 Quam
magna multitudo dulcedinis tue
domine etc. Pro singulis enim ho

ris quibus homo in seculo isto in pre
senti tempore laborabit sentiet plus quam
per centum milia annorum in futuro illas
delicias quibus fruetur etc. Et ideo
modicum esset centum annis in presenti
tempore laborare pro seruare unius hore
in futuro Unde dicit in psalmo 83 Quia mil
le anni ante oculos tuos etc. Unde
Iheronimus in epistola Nullus labor durus
nullum tempus longum videri debet
quo gloria eternitatis acquiritur Sed
de comparatione loquor Si cottidie
oporteret nos tormenta perferre si
ipsam gehennam paruo tempore tolera
re per eo ut christum videre in gloria
venientem et sanctorum eius numero
sociari non erat dignum pati omne
quod triste est nisi ut tanti boni tante
que glorie participes haberemur Tercio ad
zam pro illius sermonis dicit apostolus
Castigo corpus meum et in seruitutem
redigo Unde per apostoli exemplo debemus
castigare corpora nostra per abstinen
ciam et sobrietatem Et hic ad hoc
inducimur per naturam specialem Nam inter
omnia animalia que sunt maioris cor
poris nullum est sicut homo et tenerum
bibendis et quod est homo non est primum
ad escam Ideo natura precipit docet quod nisi
necessitate sed tamen non adhuc his
at corporem et hoc natura docet etc. Nec
nam in paucis et modicis contenta
Secundo exemplo christi et sanctorum Nam
christus ab ingressu huius mundi usque ad
mortem abstinentiam et inediam te
nuit Natus est in yeme in media
nocte et positus in presepe pannis in
volutus super fenum In vita magnam
calores neque bonum potauit sed tam
[illegible] habuit Nusquam vero
nisi agnum paschalem comedit Unde
Bernhardus Christus qui non fallit neque

magis fallit et elegit quod tamen minus lesivum est id ergo utilius est magis eligendum. Et quicumque aliud doceret vel suaderet ab eo tamquam seductore cavendum est. Item precursor Johannes baptista locustas et mel silvestre in heremo comedit vinum et siceram non bibit et veste de pilis camelorum portavit. Item sanctus Nycolaus quarta et sexta feriis tamen semel sugit ubera matris. Item lazarus quem Christus a mortuis suscitavit corpus suum post modum afflixit pane ordeaceo comedit et quotidie ieiunavit usque ad vesperam aquam bibit. Nunquam vinum nisi ter in anno scilicet nativitatis Christi in pasce et penthecostes bibit. Vestis eius cilicina desuper tunica de rudo panno lectus eius cineres et desuper cilicium. Et lapidem pro cussino non calceos in pedibus sed quotidie gemens et flens. Unde Crisostomus dicit Et post resuscitationem numquam risit. Bile legitur de sancto germano episcopo qui per 30 annos afflixit corpus suum non pane frumenti sed ordeaceo non legumine non oleo. Sed semper ieiunavit a quinta feria usque ad dominicum diem abstinendo cilicium semper portavit. Item sanctus bartolomeus centies flexit genua de die et centies de nocte secundum sanctum. Insuper femoralis setosis in magna austeritate vixerunt. Item legitur de sancta martha hospite Christi que septem annis ante exitum vite sue non carnes nec ova nec caseum nec pisces vel quicquid coctum comedit. Sed de herbis glandibus et radicibus estate et hyeme solam tunicam et cilicium subtus. Item in cingulo de setis equinis ad carnes. Et in de ramis arborum cum cilicio et lapide pro cussino. Item de sancta cecilia que habuit veste de auro textam. Sed subtus cilicium ad carnem. Item legitur quedam devota mulier portavit loricam ad carnem etc. De pluribus sanctis virginibus etc. Hij omnes carnem suam crucifixerunt et occiderunt post Christum portantes sintas. Cuius vult venire post me abneget.

Postremo sciendum. Quod abstinentia et castigatio corporis valet ad tria. Primo ad sanitatem corporis et mentis. Eccl. 31. Sanitas anime et corporis est sobrius potus. Secundo in epulacio mater sanitatis abstinentia mater egritudinis voluptas. Aureoles de regimine principum. Abstine a comestionibus nimiis et superfluitate que summa medicina. Homo sobrius et abstinens delectabiliter vivit dormiendo vigilando orando laborando dispositus est ad omnia spiritualiter scilicet tam in corpore quam in mente. Eccl. 31. Exultatio anime et corporis vinum moderate potatum. Crisostomus in libro de malicia consilia. Nichil pro salute nichil sic servans anime operatur nichil sic egritudinem fugat sic moderata refectio. Econtra immoderata et voluptas carnis generat infirmitates et diuturnas et plurimum solent debiles et insani et hoc causa contra varietate ferculorum. Devota mulier non vos multa fercula feceret. Hominis quod vel secuntur cont impotentes contrahit ydropsin paralisin in corpore. Insuper immoderancia obfuscat intellectum hominis. Unde Jeronymus. Nichil adeo obruit mentem litum ut confessorio. Item castigatio carnis valet pro sanitate anime quia ignem libidinis extinguit, virtutes nutrit et consolationem spiritualem inducit. Unde Hugo de sancto victore: Gaudeat qui potest parce vivere, parcitas enim vitam condit, vitium libidinis extinguit, virtutes nutrit, animum roborat, mentem ad celestia elevat. Et quanto quis sibi subtrahit corporales consolationes tanto magis a deo spirituales que sunt dulciores. Unde Basilius: O dulcedo melliflua, o dulcedo incalculata, primum dulcis es in meditatione, secundo dulcior in oratione, dulcissima in contemplatione, sed super dulcissima in beatitudine sempiterna. Et illa dulcedo facit homini omnia levia. Unde Augustinus in libro confessionum: Cum semel inebriatus est spiritus sanctus ad omnia bona hylarescit; si laborat non labescit, si dolet non sentit, si deridetur non advertit. Secundo vitam prolongat. Ecclesiastici 37: Qui autem abstinens est adiciet vitam. Hoc patet in veteri testamento. Cum enim antiqui patres diu vixerunt quia abstinenter vixerunt et simplicem cibum sumpserunt. Adam vixit 930 annis, Seth 912, Matusalem, qui inter omnes fuit antiquior, quia vixit 969 annis. Noe vero quando diluvium venit fuit 600 annorum. Et post diluvium vixit 350 annis. Sed dicunt qualem cibum comederunt et qualem potum biberunt quod tam diu vixerunt. Respondetur quod ab Adam usque ad diluvium fuerunt 2262 anni. Et isto longo tempore non comederunt carnes neque pisces sed olera herbarum et fructus arborum, nec etiam biberunt vinum sed aquam. Sed post diluvium debilitate sunt vires herbarum et fructus terre et fructus arborum. Tunc licentiati sunt a deo ut comederent carnes et pisces. Genesis 9: dixit deus ad Noe post diluvium et ad filios eius: Terror vester ac timor sit super cuncta animalia terre et super omnes volucres celi ac universis que moventur in aquis maris vestre sunt tradite. Et omne quod movetur et vivit erit vobis in cibum. Nec etiam vinum biberunt quia Noe post diluvium plantavit vineam et inebriatus est quia nesciebat fortitudinem vini. Unde legitur quod utrum ebrietas semper sit peccatum mortale. Respondeo secundum Thomam 2a 2e q 150 quod immoderatus usus vini potest contingere tripliciter. Primo uno modo quia quis nesciat potum esse immoderatum vel inebriandi potentem et tunc ebrietas potest esse sine peccato sicut de Noe dicitur. Alio modo quia quis percipiat potum esse immoderatum non tamen existimet posse inebriare et tunc potest esse veniale. Tercio quia aliquis bene advertit potum esse immoderatum et inebriantem et tamen magis vult ebrius esse quam abstinere tunc ebrietas est peccatum mortale. Item patet in novo testamento quod castigatio carnis prolongat vitam. Nam sanctus Johannes apostolus et evangelista vixit post passionem et ascensionem Christi 86 annis et totum tempus vite sue fuerunt 99 anni. Item sanctus Jeronimus 98 annis vixit. Item sanctus Anthonius 20 annorum fuit quando heremum intravit et vixit in heremo 85 annis. Et totum tempus vite sue fuerunt centum 25 anni. Sanctus Paulus primus heremita fuit 16 annorum quando heremum intravit et vixit in heremo 97 annis. Et totum tempus vite sue fuerunt

q°

sunt annis. Et tales non habuerunt
in hyeme diversa et multa fercula
nec etiam vina diversa et preciosa sed
in modicis fuerunt contenti. Unde etiam
Augustinus: Vita in panis et in minimo con-
tentus. Tercio ad eternam potestatem 3
perducitur. Unde psalmus 16 Satiabor cum
apparuerit gloria tua. Luce primo Esu-
rientes implevit bonis. Et in
hac cena habebimus fercula multa
de hoc quere in dystypulo de tempore sermo-
ne 3. Quartum ad 4m principale 4
illius sermonis. Nota exemplum. Polycarpus
narrat de quadam filia cuiusdam re-
gis que vocabatur polonia que non
esset tantum pulchra et graciosa et agilis
pedibus. Erant enim velocior cur-
rere cum ipsa nollet sponsum accipe-
re nisi generosum et magnatem fecit
acclamare per diversas terras regionis
illius: quicumque cum ea currere
vellet per cursum ad signum quod po-
suerat apprehendere valeret talis spon-
sus suus et heres regni esse deberet.
Tunc autem multi hoc acceptaverunt
et cum eam viderent ipsa astuta quando quis
ei appropinquabat et apprehendere attempta-
bat ante oculos eius aureos vel argen-
teos aut lapides preciosos proiecit et
tandem permisit. Ipsi vero cum ad ista
bona se inclinaverint ut tollerent et sic
eorum magis semper evasit nec ab ip-
sis ante terminum illius signum apprehen-
sa fuit. Tandem unus iuvenis ge-
nerosus et magnanimus venit et cogita-
vit apud se quod omnia bona preciosa sui
ante eum proiceret se non inclinaret ut
tolleret. Venia per eam apprehenderet omnia
bona sua preciosa haberet et possidere
valeret. Et sic currens ante signum eam
apprehendit. Sic Christus filius dei

unigenitus volens desponsare sibi
animam hominis secundum illud Osee 2 Spon-
sabo te michi in fide. Et per
talem animam honores et divicias huius
mundi et cetera se non inclinat
ad illa bona ut ea tolleret. Sed ma-
gis contempsit et currit et ante signum
i. ante terminum mortis sue eam ap-
prehendat. Ille vero est qui regnum
celestis sui debet possidere et cum Christo eter-
naliter regnare. Exemplum in beata
Maria Magdalena cui cum annun-
ciatum esset quod Christus adesset et
eam vocaret ut habetur Johannis 11
Cucurrit non ut aliquid rem
temporalem tolleret sed ut Christum di-
lectum suum apprehendere valeret. Er-
go apostolus hic dicit. Sic cur-
rite ut apprehendatis.

In laboribus plurimis in carceribus
habundancius in plagis supra modum
2 Corinthios 11. Ad reprehendendum homines
illo tempore carnisprivii a vani-
tatibus et epulis et a gaudiis
huius mundi. Tunc hoc in matutinis
et per totam ebdomadam legitur et
canitur de maxima plaga ab initio
mundi facta sed quod deus propter peccata
hominum submersit tempore Noe per diluvium
omnes homines totius mundi exceptis
octo personis. Et ab initio Adam
usque diluvium fuerunt 22 c 2 anni.
Et cum Noe esset sexcentorum an-
norum ingressus est archam cum filiis
suis Sem Cham et Japhet et uxo-
re illius et uxores filiorum eius
et de animalibus terre et volucribus
celi. Et ex omni quod movetur super
terram duo et duo ingressi sunt
femina et masculus sicut preceperat deus
Noe. Et facta est pluvia super
terram 40 diebus et 40 noctibus.
Operti sunt montes excelsi sub universo

celo consumpti quod sunt quinque homines et ciuitas in quibus erant supra nichil vite in terra mortuum sunt. Remansit autem solus noe et qui cum eo erat in archa scilicet octo homines. Et durauit hoc diluuium per annum. Vnde eodem die quo noe cum filijs suis ingressus est anno euoluto est egressus. Et ecce applicus in epla hadriena enumerat multas tribulaciones quas perpessus est ut sic nos ad pacientiam inducat. Et primo enumerat illa mala que perpessus est in itineribus sed in mari siue in terra. 2 Secundo enumerat illa mala que perpessus est ex illacione malorum persecutorum et tyrannorum sicut est incarceracio flagellacio et lapidacio. Tercio enumerat pericula que perpessus est in falsis fratribus. Quarto que perpessus est in corpore sicut est labor erumpna fames sitis frigus et alia huiusmodi. Et ideo dicit appostolus In la. plu. In pla. habun. Vnde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de tribulacionibus bonorum et malorum hominum. 2o de temporibus demonum. 3o quare aliqui homines morti infirmantur. Quantum ad primum sciendum. Et omnes homines tam boni quam mali ut frequenter paciuntur tribulaciones in hac valle miserie. Vnde Job 14 homo natus de muliere breui viuens tempore etc. Vnde hic primo queritur. 1 Quare deus bonos et iustos permittit hic multum tribulari. 1o Responsio ut hic purgentur ne in futuro grauius puniantur. Cum ex necessitate oporteat eum qui peccauit puniri aut hic leuiter vel in futuro in purgatorio grauius

et in inferno grauissime. Vnde gregorius Nequaquam peccato parcitur. Vnde Eccl. 9 vnum pro magno placeat tibi. Vnde ecce dicit dominus per Ezechielem 4 c. Diem pro anno dedi tibi. Glosa diem supple in presenti pro anno scilicet in futuro. In signum huius filij israel propter 40 fuerunt in deserto annis quia murmurauerunt contra promissionem quos compleuissent in 40 diebus si non peccassent. Vnde iohannes wyder doctor sacre theologie dicit. Et dicit valde ignis presentis tribulacionis ignis purgatorij et ignis inferni. Ita ignis presentis tribulacionis quatuor habet condiciones. R 1 Primo quia leuis est sed eciam quod in presenti est leue et momentaneum est. 2 Secundo quia purgatiuus quia purgat animam. Gregorius. Et sicut auro lima ferro flagellum grano hoc facit tribulacio viro iusto. 3 3o quia meritorius est Iac. 1. Beatus vir qui 4 suffert temptacionem quia cum probatus. Quarto quia est transitorius cito enim finitur et cito transit. Vnde in psalmo 65 Transiuimus per ignem et aquam et eduxisti nos in refrigerium. Ignis autem infernalis nullam istarum habet condicionum. Primo quia non est leuis sed grauissimus. 2o non enim est purgatiuus sed excruciatiuus. 3o non est meritorius sed eius status merendi sit dampnati et continue male agunt. Quarto non enim est transitorius sed eternus. Ysaie 66 Ignis eorum non extinguetur. Mt 25 Ite maledicti etc. Ignis vero purgatorij medium tenet inter ignem presentis tribulacionis et inter ignem inferni. Quia in duobus concordat cum igne presentis tribulacionis. Primo est purgatorius. 2o quia est transitorius. Et in duobus cum igne infernali quia primo non est leuis sed grauis

Nos quod non est meritorius sed punitivus. || Secunda causa quare boni tribulantur: ut gaudium eorum in futuro augmentetur. Joh. 16°: Tristitia vestra vertetur in gaudium. Isidorus de summo bono: Cum iusti vite presentis diligenter excogitant mala, omnia perdite vite equanimiter portant, quia ex illius dulcedine huius amaritudinem comparant. || 2° hic quaeritur: Tunc deus percutit et malos homines quandoque eis in presenti tribulationes immittit. || Rex 2 exemplum de rege. || Primo ut sic recognoscant se peccatores et sic conversi convertantur ad dominum deum suum. Unde Ysa. 26: Domine in angustia requisierunt te. Exemplum in veteri testamento de Manasse qui fuit rex Iherusalem qui reliquit deum patrum suorum et coluit ydola que Babilone cepit et in Babilonia duxit. Et in angustiatus esset oravit ad dominum deum suum et egit penitentiam de malis suis. Et exaudivit dominus orationem eius et reduxit eum in regnum suum Iherusalem. Et tunc statim abstulit deos alienos et precepit omni populo ut servirent domino deo Israel. Et ut dicit Josephus: Ad hoc erat solum de certo constitutus ut gratias deo pro devoto salute exsolveret. Hoc autem et ipse psalmum dicunt. Unde quandoque contingit quod boni medici tales curare non possunt. Et si respiceret a peccatis et famuli curarentur. Unde etiam preceptum est medicis catholicis ut cum eos ad infirmos curare contingerit, primo eos moneant et inducant quod vocent medicos anime. Et postquam fuerit infirmo de spirituali salute provisum ad corporalis medicine remedium salubriter procedatur.

Item precipitur medicis sub pena excommunicationis ne pro corporali salute aliquid suadeant quod in periculum anime convertatur. Iste infirmi corporaliter non dicit in quibus infirmitatibus vocare medicos nec eis ab eis recipere medicinas. Nec fieri in eisdem balneis balneari 28 q. 1

2 Nullus et c. omnes. || Secunda causa quare tribulantur mali ut sic non convertantur ut salus per hoc credentibus veniat et timor dei. || Tertia causa

3 ut hic incipiat eorum tormentum et durabit sine fine in futuro. Exemplum in veteri testamento de Antiocho qui voluit omnes filios Israel delere. Et etiam exemplum in novo testamento de Herode rege qui occidit pueros innocentes quorum usque huc grandinem et inde punitus est ut eorum pena hic inchoaret et in

M quod consumaret. || Tenendum ad tertium dicit hic apostolus: Ne magnitudo revelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis mee. Attende quod hic dicit glosa: angelus securus cognoscere ubi aves sic publicanus metuit. Unde etiam Gregorius: In paradiso ducitur ab angelo sathane temptatur. Et est argumentum quod nullus homo in hac vita debet esse securus sed semper stare in timore dei. Unde Eccli. 2: Fili accedens ad servitutem dei sta in iustitia et timore et prepara animam tuam ad temptationem. Attende quod etiam non rex apostolus cum primo oraret sed post 3am orationem ut dicit quod devote et perseverantia in oratione. Ps. 12: Orationi instantes. Attende etiam quod apostolus non accepit quod petit. Tertia sic ista temptatio

nos temptasset nequaquam salvatus
fuisset. Unde sciendum quod nullus
potest vivere sine temptacione in
hac vita etsi quantumcumque bonus
sit et perfectus. Unde Bernardus super psalmum
Qui habitat in adiutorio etc.
Nemo in terra potest vivere sine temp
tacione et qui ab una liberabitur
continuo expectat alteram. Unde Cri
sostomus super Math. Impossibile est
hominem manum non temptari. Unde
Job 7. Militia est vita hominis
super terram. Apostolus: Nemo coronabitur
nisi qui legitime certaverit. Ergo N
hic movende sunt quedam questiones.
Primo queritur unde omnem temptacionem q·
nos demones sumpserunt. Respondetur Cassianus r°
in collacione. Ex invidia. Cum super
biam de celo electus esset et il
lud ad locum suum quem perdidit ho
minem venire cognovisset. Tunc
ex invidia adam et evam tempta
vit ut eos in salute sua im
pediret. Sic enim adhuc hodie
in die hominem temptat et bo
nos et iustos plus quam iniustos.
Unde in decretis. Quos autem demon
in servicio dei invenit plus im
pugnat 3 q. 1 Nulli. Unde Hu
bertus: dyabolus nequaquam vel
raro temptat qui sibi consentit ser
viunt. Unde exemplum de illo qui vidit
multos demones in claustro et
in foro publico nisi unum. Respondetur
in promptuario. T 10. Secundo hic que ⊖
ritur utrum dyabolus temptando q·
hominem peccet mortaliter. Respondetur Sum r°
ma quod sic quia in fine peccati mortalis
facit quod sic temptando intendit hominem
inducere in peccatum mortale. Quod
Tercio queritur utrum dyabolus eciam q·
quamquam posset peccare venialiter.

Respondetur quod non secundum theologos. Quia quicquid facit r°
semper mala intencione et in finem
peccati mortalis. Quamvis hominem quandoque
plus inducit in peccatum veniale primo
etsi temptacio dyaboli est homini meri
toria sed quod ipse voluntarie despicit. Unde
etiam Richardus. Demones desiderant to
nes condonare. Unde dyabolus semper
peccat mortaliter. Et eius pena
accidentalis semper augmentatur tociens
quociens temptat hominem. Quia sicut
boni angeli semper merentur
gaudium accidentale nobis serviendo
et nos ad bonum inducendo. Sic
e contrario malis angelis augmen
tatur eorum pena accidentalis nos temp
tando et nos impediendo. Quarto q·
queritur utrum duo demones eundem
hominem simul eodem tempore et diversis
temptent viciis. Respondetur Cassianus in r°
colla. Non sed unus tantum temptat ho
minem. Quia homo non potest simul ridere
et flere nec simul gaudere et tristari.
Et ideo hoc unus demonum recedit
alter accedens temptando locum tribuit
nec unus demon de diversis temp
tat viciis. Sed unus temptat de
superbia. alius de luxuria alius
de ira etc. Quinto queritur utrum
dyabolus de quolibet confessione recep
tat. Respondetur quod non. Unde vincti confundantur
Ps. 10. Confundantur qui me per
sequuntur et non confundar ego. Sed
econtra per oppositum letantur non pre
valent hominem. Unde in psalmo. Qui tri
bulant me exultabunt si motus p
fuero. Sexto ad 3 peccatum dicit
hic apostolus liberent glo. Et in firm
meis ut in habitu etc. Unde hic quid q·
quando mentiri et impanitere alius

sustinet infirmitates corporis. 1.o Et hoc propter tria. Primo quia prius habet dilectionem ad deum et magnam ad se ipsos. Unde Crisostomus: Ezechias morbo natus per annum accepisse est radicem omnium malorum. Apostolus: Erunt homines se ipsos amantes. Ubi loquitur de novissimis temporibus que instabunt tempora periculosa. Illa amor proprius corporis inducit hominem ad multa mala scilicet in superbiam avariciam et cetera. Et infirmitas impedit hominem in multis bonis exerciciis scilicet in vigiliis orationibus abstinentiis in disciplinis et cetera. 2 Secundo quia tales raro cogitant que Christus pro eis passus est. Unde ecclesiasticus Jheronimus de summo bono: Ex passione Christi ad medicinam redimur. Nichil tam durum quod non equo animo tollere, patientia enim tolleramus si recordamur quid ille sustinuit qui nos vocat ad celum. Ille enim obprobria derisiones contumelias alapas sputa flagella spineam coronam crucem que sustinuit. Et nos miseri ad nostram confusionem una infirmitate fatigamur uno verbo devincimur. Unde Bernardus in persona domini: O homo vide que pro te patior, non est dolor sicut quo crucior. Ad te clamo qui pro te morior, vide penas quibus afficior, vide clavos quibus confodior. Cum sit dolor tantus exterior interior est planctus gravior cum te tam ingratum experior. Unde Jeronimus in epistola: Corpus voluit ut nos lavaret, velari voluit ut velamen culpe et ignorancie a cordibus nostris aufferret. In capite percuti ut caput nostrum i. adam sanitati restitueret. Colaphis cedi et verbis derideri ut nos ei labiis et manibus i. verbis et operibus applaudamus. 3. R Tercio

quia raro cogitant de magna utilitate infirmitatis. Primo enim infirmitas compescit hominem a peccatis futuris. Probatur: Certum est infirmus non delectatur superbire in vestibus non discurrere non luxuriari non inebriari nec ludere nec vanitatibus mundi intendere. Unde Hugo libro 3 de anima: Quosdam presciens deus multa peccata posse flagellat eos in infirmitate corporis ne peccent, ut eis utilius sit frangi laboribus languorum ad salutem quam remanere incolumes ad dampnationem. Insuper inducit hominem ad bonum quia infirmus conteritur confitetur et emendam promittit. Infirmus deum invocat et sanctos interpellat. Unde psalmus: Multiplicate sunt infirmitates eorum etc. Gregorius: Mala que nos hic premunt ad deum nos compellunt. Item infirmitas corporis liberat hominem a futuris penis. Nam ipse: affligi te scilicet in presenti et non affligam te scilicet in futuro. Venia: deus non punit bis in idipsum. Et bonum signum est quod homo punitur in eodem et eisdem membris quibus peccavit. Item Salomon: Per que homo peccat per hec et torquetur. Et ideo si caput dolet cogita si unquam deum offendisti cum crinibus cum peplis vel ornatu capitis. Sic si in oculis dentibus manibus et pedibus et ceteris membris vel si dominum in peccatis perseverasti, non ergo ferre debes si dominus ex hoc infirmus hic es. Gregorius: Divina dispensatione hic agitur ut plerumque unius pluriore egritudo constat. Item infirmitas hominis augmentat hominis gaudia futura. Quotiens ergo aliquis dolorem patitur, sustinet tot gaudia in celo habebit.

apostolus: Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram [gloriam]. Ratio est: quia gaudia celestia erunt infinita, quia infinitates sunt infinite. Unde ut aliquis dicit: unius finiti ad infinitum nulla est proportio. Et quamvis illa scilicet iam dicta diligenter considerarem, in infinitum sua passio esset. Unde quomodo: Cum infirmaverit deus punit quosque suos dilectos in infirmitatibus. Rome in principio.

1 Co.

Si linguis hominum loquar et angelorum caritatem autem non habuero factus sum velut es sonans etc. Prima Cor. 13. Mercator multum merces suas laudat ut eas carius vendat. Unde apostolus in hac epistola commendat caritatem ostendens eius proprietatem et utilitatem pre omnibus virtutibus. Unde fatuus est qui non sollicite laborat ut caritatem habeat. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda: primo de caritate; 2o de caritatis premio; 3o quomodo. Circa primum ad primum sciendum quod caritas est ordinatus amor dei. Tunc ordinatus est secundum Wilhelmum Lugdunensem cum amatur deus propter se et propter omnia. Amor quo quis amat deum propter temporalia non est ordinatus, tunc sit deo contrarius. Qui enim deum amat propter temporalia plus amat temporalia quam deum, unde hoc non est sine contumelia dei. Qui enim aliquam creaturam deo prediligit ydolatra est. Unde res autem ab homine colitur quod preceteris diligitur. Amor vero proximi inordinatus est qui proximum meum filium vel filiam aut uxorem plus diligit quam deum. Non est dignus deo,

R

ut Christus: Qui amat filium vel filiam super me non est me dignus. Ita amor illorum inordinatus est qui plus amat divicias suas quam proximum suum. Super illud 1 Jo. 3: Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo quomodo caritas manet in eo. Item queritur qualiter quis scire possit utrum sit in caritate nec esse in statu salutis, ut quod sit in actu peccandi vel in malo proposito peccandi mortaliter. Quidam dubitant se esse [illegible] per verba prescripta. Et sunt illi qui incipiunt facere quod in se est. Quidam putant se habere caritatem sicut qui multa bona opera faceret et diu abstinuerit a peccato, adhuc tamen persentit motus temptationum ymaginationum turpium. Quidam concedunt se habere caritatem ut illi qui gustant divinam dulcedinem. Quidam certi sunt se habere caritatem ut quibus deus revelavit, qualis fuit paulus apostolus: Scio cui credidi et certus sum. Quantum ad 2am partem notandum. Quia vero scelera etiam mittit filios extrahere a vanitatibus huius mundi. Ideo in illis diebus consuevimus legere in matutinis de horribili plaga regionis pentapolis dicta a 5 civitatibus impiorum hominum que celeste igne combuste sunt tempore Abrahe, cum vixit 2017 annis ante Christum, scilicet Sodoma, Gomorra, Adama, Seboym, Segor. Unde Genesis 19: Pluit dominus super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem de celo. Et subvertit civitates has et omnem circa regionem, universos habitatores urbium et cuncta terre virentia. Licet enim prius uberrima fuit et fecunda ante eius consumptionem, ita fuit complexa quod pulver eius arena sulphurei et ignee

G

T

preciose innuebant et mei gle-
bas eius aurum ut habetur Job 28 Locus
saphiri lapides eius et glebe eius au-
rum Sed postea illa regio in mare mor-
tuum est conversa et per vota quod nichil
vivum gignit nec etiam aliquid vivum
in se recipit Orosius dicit Ille pe-
nitencia Et fetores vincunt ca-
vernos ut videntibus generet turpi-
dinem Si carnales fuissent in cine-
re fumusque exalat i. redolet Unde de
hoc exemplo deus predicet sodomitas
puniri posset et qualiter puniendus
sit Item sanctitas mea et vita com-
mencium sanctis sancti instituit ut in hac
dominica legitur evangelium de passione
domini ut gaudium mundi quod in hoc
tempore carnisprivii exercet in no-
bis temperet Tercia non est similis
cum illud manibus et pedibus unde
quam pro te in cruce manibus et pedibus
defluens Et ubi cum eum nec tu me
duplicibus et preciosis vestibus qui
pro nudus in cruce pependit Ubi can-
tu nec tu fistulis et citaralis quod
pro te in cruce clamans raucus factus est 1
ut ps. 68 Clamans raucte facte sunt
fauces Ubi vox cum eum inquit vide
et impudice loqui et cantare quod pro
te in cruce flevit amare dicendo O
vos homines omnes qui transitis per viam at-
tendite et videte si est dolor etc. Unde
petrus damianus O bone ihesu tu doles
et ego gaudeo Tu ploras et ego
rideo / tu potas acetum et ego pocula /
in pinnitis vocas et illita et men-
dosa verba profero tu pro me vigilas et
ego dormio Tu denudaris et ego
preciosis vestibus induor Tu ieiunas
et ego splendide epulor Tu sitis et
ego inebrior Tu aceto potaris et 2
ego dulcia poto Tu blasphemaris
et ego divinis voco Tu iudicaris
ab impio iudice et ego te iustum
iudicem non timeo Tu non habes
ubi caput tuum reclines et ego
palliatus consedeo Tu in cruce et
ego in balneo Tu in sepulchro
et ego in lecto precioso Non est
ergo mirum si aliquando reddit ma-
lum pro bono Ecce ego reddo tibi
mala pro bonis in stultitie mee
Notandum quod inter alios peccatis
quas incipiunt homines sunt in tabule
ista est maior quia videt quod illi quod
deberent eis exponi eos decidat
in perniciem hanc legitur Math. 21
quod mulieres pilati querentes eum cla-
vude tormentis evanuerunt illi
petentes tunicam et spiritus posuerunt
super caput eius et corone in
dextram eius et genua flectentes dice-
bant Ave rex iudeorum Sic hiis ul-
timis diebus carnisprivii a pluribus christi-
anis recidet dominus ihesus qui il-
lis diebus plus peccant quam alio
tempore anni Et sunt septem genera homi-
num Primi sunt qui inepte letantur Unde
habetur quod regum inepta leticia sem-
per est peccatum mortale Nota quod quando est
mortale et quando veniale Primo quando
quis inepte letatur de hiis que
ex sua specie mala sunt ut dicitur Sapie-
ncie Letantur cum malefecerint
et exultant in rebus pessimis Tercio
certum est quod inepta leticia et leti-
cia ex obiecto pocius datum peccatum mortale
Tercia tales letantur de quibus valde
dolendum est scilicet de peccatis ut Ecc.
19 Qui gaudet iniquitate denotatur
i. de libro vite delebitur Hoc non fit
nisi per peccatum mortale igitur etc. Secundo
si ad sensualitatem assumuntur aliqua
que secundum se mala sunt vel que di-

quid in nocumentum proximi uel
in contemptum dei // Tercio si quis
ad talia ita vehementer afficitur
quod preponit ea dilectioni dei et per-
liqueret quod peccat mortaliter // Sexto R.
si quis inepte letatur uel hilari-
tate operatur Nec tamen contra
dei uel proximi acceptat veniale est
// 2° sunt qui in gula excedunt Vn- q.
de hic queritur Utrum gula sit peccatum
mortale Respondeo secundum Tho. 2a 2e q. 1 l r.°
Si dilectioni gule inhereat homo
tamquam fini propter quem deum contempnit
Et paratus est contra dei precepta
agere uel delectationes huiusmodi assequi
sequitur est peccatum mortale Si vero
in gula sit inordinatio secundum ea que
sunt ad finem ut puta quod nimis con-
cupiscit delectationes ciborum Unde
propter hoc aliquid faceret contra legem
dei sit est veniale // Tercium sunt qui B
de factis libidinosis uel etiam cogi-
tationibus morosis inquinant // Unde q
hic queritur Utrum omnis actus libidinis
sit peccatum mortale Respondeo preter excepto r.°
fede incidentalis Unde de hoc materia
ad meretrices accedere est dicitur quod p-
habitum 32 q. 1 meretrices // Item queri-
tur Utrum morosa delectatio sit peccatum q.
mortale Respondeo quod sic quando fit cum consensu r.°
et plena ratione Unde nimis prolon-
gandum est immorari turpibus cogi-
tationibus quod similiter ex hoc in pec-
catum mortale incurritur Quod etiam
probat Ja in catholicon sua d Contingit
i incidere cum delectatione cum contemptu
sub audiendo aspectu rationis parit
peccatum scilicet mortale Item queritur hic q. q.
sit dicenda uel consensus Utrum et in-
spiratum Respondeo secundum thomam Consen- r.°
sus interpretatur e quia actus intel-
lectus videt quod malum est et
prolongandum immorari tali delectationi
Et nisi expellat tunc consensus in-
currit Et negligit expellere quod
per digitos quis videt Sed verus con-
sensus quando plena voluntate immoratur huic
delectationi et vult delectari in ea Si
autem postmodum intendit actum facere
tunc 3m peccatum mortale committit // Item L
notandum quod etiam prodest in medicina q.
pro morose delectari quod posset sequi
pollutio // Item Tho. dicit quod morosa r.°
delectatio cum consensu rationis potest com-
mitti etiam in omnibus peccatis mortali-
bus // Quinti sunt qui se ornant ves-
tibus preciosis et masculum sexum
induunt se vestibus femineis et econtra
// Unde hic queritur Utrum liceat mu-
lieri uti veste viri Respondeo secundum Tho 2a q.
2e q 116 Non Nam cultus exterior compe- r.°
tere debet condicioni persone secundum communem
consuetudinem Et ideo de se vicio- B
sum est quod mulier utatur veste virili
uel econverso quod etiam in lege prohi- q
bitum est Deutro. 20 ubi dicitur Non
induetur mulier veste virili et econ- r.°
tra Ratio secundum glo. quod gentiles tali mu-
tatione habitus utebantur ad ydolatriam in-
perficiendam Et ideo qui talia agunt po-
tius sunt ydolatre quia propriam Item q.
aliqui induunt habitum secte religi- r.°
onis Item alius induunt lanas et
mutant se in bestias Item quod peri-
us est alii in demones et tales of-
tendunt se esse homines bestiales et de-
monum similitudines Item 6 Nec potest
duobus dominis servire Unde etiam in decretis
Defensus corporis qualitate indicat men-
te dis. 41. Aliter // Sexti sunt ridiculi D. A
nam illo tempore carnisprevium solent q.
homines coreas ducere in quibus tonent r.°
solum vinum neque inferni queritur

psallitur in torrea. Augustinus. Vel motis pestilentie psallitur in profundum cloace. ¶ Unde hic queritur utrum ducentes choreas illicitas peccent mortaliter. Responsio secundum Wilhelmum. Credo quod sit peccatum in festis, peccatum in profestis diebus si hoc faciunt causa incitandi ad libidinem se vel alios. Si autem aliquis vel aliqua vel concupiscentia mulierum aliquid immisceat se choreis vel est peccatum mortale. ¶ Sexti sunt qui exercent torneamenta. Unde hic queritur utrum torneamenta facere sit peccatum. Responsio secundum Wilhelmum. Tales mortaliter peccant quia faciunt contra prohibitionem ecclesie. Si autem non essent prohibita et fierent causa exercendi usum armorum ad pugnandum contra infideles et ob defensionem patrie vel reipublice non essent peccata. Sed secundum Hostiensem intelligitur quod prohibenda sunt quia in eis mortes corporum et anime imminent. Nam debet cogitare hoc venire posse. ¶ Item que autem est pena pugnantium in torneamentis. Responsio secundum Raymundum. Pena est si aliquis aliquem occiderit, reus homicidii et tenetur etc. quia ludus talis noxius est et nocivus et illicitus. Et ideo quidquid exinde sequitur imputandum est. ¶ Item qui in torneamento moritur non debet in cimiterio sepeliri. Et Hostiensis dicit: Si quis etiam ibi vulnus letale acceperit, licet penitentiam susceperit qui quidem prodeat et sibi eucharistia non denegetur, caret tamen ecclesiastica sepultura. Extra de torneamentis c. 1. ¶ Septimi sunt qui faciunt imperatores papam reges principes. Et omnes qui talia agunt preposito omni timore dei puniantur hic et in futuro. ¶ Quantum ad terciam partem sermonis. Et primo

tempus est tempus exilii et mundus vocatur vallis lacrimarum in quo mundo quilibet cottidie facit unam dietam versus mortem. Et ideo magis esset in presenti tempore et loco flendum quam ridendum. Unde Augustinus: In valle miserie sumus in quo eo magis flendum est quo minus flemus qui deberemus esse in celo vel saltem in terrestri paradiso qui est locus amenissimus. Unde Gregorius super Ezechielem: Mirum est quod in hoc mundo nos libeat ubique luctus inspicimus undique gemitus audimus. Destructe urbes, eversa castra, depopulati agri, in solitudinem terra redacta. Alios in captivitatem duci, alios detruncari videmus, alios interfici. Mirum ergo est quod in hac vita libeat, fratres mei, si talem mundum diligimus iam non gaudia sed vulnera amamus. Exemplum non parum horribile quod scribit Johannes Nyder in uno sermone. Et fuerunt in illis temporibus adolescentes in civitate Lucana que tunc erat in flore et ipsi fecerunt multa solatia. Aliqui fecerunt sibi papam, aliqui regem, scilicet et alii fecerunt dominum de Lucia et ille erat super omnes seniores. Cum staret in tanto culmine misit pro illo qui erat loco pape ut veniret ad eum et faceret sibi reverentias et honores, quod factum fuit. Et similiter pro imperatore et aliis regibus et similiter illi fecerunt. Quo facto dominus Lucanus dixit: Est ne maior dominus in terra quam iste? Responsum est ei quod non. Et ipse quid est? Responsum est ei quod tempus. Cum lu-tamen vere ille dictum est ei quod in eius temporis moreretur. Tunc vocavit domicellos suos et dixit os. Iste per omnes etiam et citate corpori quod etiam circa me te, pareat. Cum merent et vivi in forma sacerdotis pati admissi innenerit. Et dixerit eum ut concordiam faceret. Unde lucam unde plenam illo anno dimisit civitatis et optime de malo in peius se habent et iustiori pace tempus plurimam quam in multis est vendita. Ergo cessate a corporis illusione si non vultis ab eo vindicari et puniri. Ergo aliud quod adorisantes cunctatis terra absorbuit. Unde in propheta dixit. G. 11.

Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. 2. Cor. 6. Si quis mutuo bonum vel aliud animal ab homine accepisset ad laborandum et ad lucrum sibi acquirendum. Et si inde magnum lucrum posset comparare fatuus esset si non absconderet et incessanter in illo animali laboraret ut tale lucrum eternaliter possideret. Carissimi nos gratiam tanquam quoddam mutuum accepimus a deo seu accepimus. Nam secundum augustinum de civitate dei li. 8 c. 22. Gratia nobis prestatur per christum qua instituimur a peccato et perducimur ad regnum. Est enim illud mutuum necessarium quod sine peccato nichil mereri possumus. Unde augustinus in libro de correptione et gratia. Desiderate amplius gratiam quo solo homines liberantur a malo sine qua nullum in peccatis sive cogitando sive volendo et amando sive agendo faciunt bonum. Primo sine gratia nemo salvari potest. Unde augustinus in libro de natura et gratia christi. Gratia sine qua nec infantes nec etate grandes salvi fieri possunt non meritis redditur sed gratis datur propter quod gratia vocatur. Unde apostolus hic dicit. Hortamur vos ne in vacuum. Unde in presenti tria sunt dicenda facienda que tanguntur hic in epistola. Primo de utilitate gratie. Secundo de illo sacro tempore scilicet. Tertio de quibusdam periculis in verbo quod. Quantum ad primum sciendum quod gratia est anime hominis utilis est fundamentum. Primo 1 quod ipsam vivificat. Sicut enim animalia vivunt in elementis sibi proportionatis ut bestie in terra, pisces in aqua, volucres in aere. Sic ipsa anima vivit in divina gratia que est spiritualis vita ipsius anime. Nam sicut creatura non habet esse spirituale. Et ideo dicebat gratia dei sum id quod sum. Et id quia dum anima est in gratia opera sua sunt eterne vite meritoria que sunt viva. 2 Secundo quod animam confortat. Nam gratia datur in remedium contra peccatum. Et in adiutorium ad omne meritum. Unde dicit quidam sanctus per gratiam dei in te est preciosus. Nam si penes solem et splendidas sint animas nichil eam vilius in vita presenti hominibus qui complectimus thesauros virtutum et bonis operibus. 3 Tertio illuminat animam ad contemplandum deum in hac vita. Unde ipse genus in quodam sermone. Sicut radius solaris subita illustratione per totum mundum illuminat sic et divina gratia subita inspiratione totam mentem illuminat. Sicut enim cristallus ex omni parte lucidus et splendidus. Sic dicitur.

gratiam animam quam illustrat et
omni parte facit splendidam et lu-
cidam lumine divini adiecit. Sed
hen quidam in hoc lumine et statu
ante fuit se nolunt continere. Sed des-
cendunt in tenebrosam vallem pec-
catorum ubi spoliantur a bono spi-
rituali. Hec figura habetur Luce 10.
Homo quidam descendebat a Ierusalem
in Iericho et incidit in latrones.
Ierusalem figurat quendam nobilis
civitas et per significat celestem
patriam ad quam homo tendebat cum
esset in gratia. Ab hac quidam
descendebat de Iericho que in-
terpretatur defectus. Et bene descen-
dere quia homo in peccatum labitur semper
descendit quia via peccatorum semper
est in descensu. Sed via gratie
semper est ascensu. Sic qui homo des-
cendit per continuam peccatorum
iterationem incidit in latrones i. in angu-
los tenebrarum qui primo ad animam ve-
niunt per malam suggestionem iterum
per consensum et despiciunt per consuetu-
dinem et obstinationem in peccatorum.
Qui non spoliant eum gratia gratiam
virtutes et merita i. bona opera au-
ferunt. Et non solum ipsum hominem
spoliant Sed etiam plagas imponunt
quia diversis peccatis ipsum vulnerant. Et
enim habet tot vulnera quot peccata. Sed
abeunt ipso semivivo relicto quia totaliter
ipsum non possunt occidere. Nam quantum-
cumque homo sit peccator. Non tamen
privatur libero arbitrio mente quo
potest sibi conficere medicinam penitentie
et reviviscere ad gratiam. Sed si non su-
mit medicinam penitentie et obstinat
in peccatis et moritur tunc proicitur
in profundum inferni ubi erit
miseria sine fine. Quantum

ad secundam partem dicit hic apostolus
Ecce nunc tempus acceptabile
etc. Hoc dicitur secundum Bilh. ad differentiam
temporis quod est extra quadragesimam. Tem-
pus enim quadragesime acceptabilius est
ad lucrandum et negotiandum quam
alia tempora cum ecclesia tractat
1 Prima quia tabulatores in locis
publicis inveniuntur. Nunc enim inve-
niuntur predicatores parati ad audi-
endum confessiones quod non acci-
dit ita communiter in aliis temporibus.
Et attende quam felix commerci-
um fiet in foro spirituali. Vilissi-
ma est enim moneta quam appor-
tat peccator et preciosissima est mer-
cia quam exportat. Peccata
enim ibi sua dimittit et gratiam
et amorem dei acquirit. O anima
peccatrix peccata tua ibi depone
et sanctitate induis. Tertia
hic attendenda est stultitia
quorundam qui gratiam dei optant
inde exportare et tamen peccata sua no-
lunt dimittere per firmum propositum non
peccandi amplius. Tales non atten-
dunt qualis moneta sit peccatum quia
enim dimitterent omnino non peccarent
quia ea semper deferrent si vera-
citer agnoscerent quam nociva sit
peccata. Ecc. 18. Si omnibus nunc
scandalisaverit te etc. Non cog-
noscunt tales qualis moneta
sit gravius quam ignem celorum pt
hec. Si vocarent hanc monetam
agnoscerent absque dubio libe-
tissime peccata sua pro illo dimitte-
rent. 2 Secunda ratio est quia in quadragesima
dei in iudiciis dei venalia habun-
danter exponuntur et cui non pla-
cet unum placet et aliud. Peccata
non est exposito venalium et ha-

14

46

fundamentis perdita in hoc tempore
quam in alio. De hac emptione
sive venditione dicit augustinus in
sponsa christi: Venale habeo quod
regnum celorum quod emitur pau-
pertate regnum celorum. Dolore
gaudium labore quies. Ignominia
gloria. morte vita perpetua. Ve-
nale quod in nundinis istis com-
paratur est regnum celorum. Math.
18. Tu autem vade et annuncia
regnum dei. Hoc regnum preva-
let omnibus regnis mundi. // Ter- 3
tia ratio quia in quadragesima cito invenitur
illa moneta qua regnum celorum
emitur ut sunt vigilie et oraciones
ieiunia et elemosine. Aliquis
facilius ieiunat sex dies in
ebdomada in quadragesima quam post
pasca sextam feriam. Aliquis etiam
qui in quadragesima legeret vii psalmos
integre vix post pasca septem psal-
mos. Et qui surgebat in quadragesima
ad matutinas vix potest surgere post
pasca ad missam. Tantorum autem
precipue emendum sit in istis nun-
dinis ostendit Johannes in apocalipsi 3.
Suadeo tibi emere aurum ignitum
et probatum ut locuples fias. Sunt
autem aliqui qui in istis nundinis
plumbum vel argentum emunt. Illi
plumbum emunt qui opera bona in pec-
cato mortali faciunt. Opera enim ta-
lia ad plenitudinem plumbi sunt
ponderosa et non preciosa. Argen-
tum vero emunt qui sapientiam huius
mundi sectantur. Argentum enim ho-
no computabatur alicuius precii temporibus
salomonis ut habetur 3 Regum. Sapientia huius
mundi stulticia est apud deum

ut 1 Cor. 3o. Aurum autem emunt
qui sapientiam sectantur que est dei dilec-
tio. Eccli 2o. dilectio dei honorabilis
sapientia. // Item sciendum est quod dyabolus
habet negociacionem suam sicut et deus
suam sed sunt multum dissimiles. // Primo 1
in hoc. Quod qui emit a dyabolo
in emere letatur et postea tristatur
ut patet in peccato fornicacionis. Pro-
verbiorum 5. Quod appetitus eius ante-
actus est sanctitas prima. Unde qui-
dam dum temptaretur a dyabolo de pec-
cato carnis abscidit sibi linguam ut ve-
hemencia doloris expelleret vehemen-
ciam temptacionis. E contrario autem
qui emit a deo tristatur et postea
sequitur leticia. Unde proverbiorum 20.
Malum est malum dicit omnis emp-
tor et cum recesserit gloriabitur.
Triplex malum est in emendo reg-
num celorum. // Primo quia oportet mul-
ta pati. Actuum 14. Per multas tribula-
ciones oportet nos intrare regnum
celorum. // Secundo multa bona opera facere.
Matthei 20. Voca operarios et redde
illis mercedem suam. Unde Leo papa
Non dormientibus provenit regnum
celorum nec ocio nec desidia torpen-
tibus sed studio et virtute ingreditur.
// Secundo dissimiles sunt quia qui emit 2
a dyabolo depauperabitur. Perdit enim hec
Primo deum. 2o regnum eternum. 3o
societatem eius. Eccli 18. Par-
ticipatio sancti ad terram. 4to perd
it participacionem omnium hominum et bonorum
eius. ps 98. particeps ego sum omnium
timencium te. 4to bona propria
si aliqua fecit. Sexto perdit se
ipsum. Trahit enim in servitutem dy-
aboli. Matth. 6. Nemo potest servire duo-
bus dominis. Sed qui facit cum
deo semper lucratur et ditatur. Matt. 1

k

l

Qui perdidit animam suam propter me
inveniet eam. Quomodo ergo eum co-
stet regnum celeste mediantibus vilibus
penis, sunt ergo ad regnum celorum quos
producitur. Non solum. Si dederit
homo omnem substantiam domus sue pro
dilectione quasi nichil despiciet eam.
Secundo ecce nunc dies salutis. Ubi
notandum quod isto sacro tempore
passionis domini tenemur ad hoc quod
ad potum salutis properemus. Et
ad hoc movet nos pluraliter. Primo

Nota

quia deus tali tempore celum et ter-
ram emit in morte. Et val-
de vel esse nimis qui tali tempore
pro amore dei non faciunt aliquid
cum deus tali tempore pro ipso homine
tot et tanta fecerat. Secundo mo-
nent per contrarium quod consueverunt ope-
rari in hyeme nunc ad cessante
impedimento incipiunt operari ut
patet etiam in tempore nascentibus quam in omni
libris. Crescunt dies et lumine
et calor corporis ut etiam crescit
exemplo eorum lumine eum corpore in
te crescere debet et ad dei dilec-
tionem debet attendi. Movemur etiam
ad idem ex eo quod christus qui tempore isto
tot et tanta fecit pro salute nostra.
Unde Bern. Qui me totum et se-
mel dicendo fecit in reficiendo autem
dixit multa et gessit mira
et pertulit dura non tantum dura sed
digna. Indecens est quod tempore isto quo
dominus tuus laboravit pro salute
tua et tu negligens et inertia
operari pro salute tua. Iustitia enim
dei requirit ut homo adultus salutem
non consequatur nisi propter se ad hoc
etiam operetur. Augustinus. Qui fecit te
sine te non iustificabit te sine
te. Ad hoc ducitur quod aliquis

1

2

salvet animam suam propter inde
desiderium vel amore ipsius salutis.
Hec est magna causa quare
dampnantur homines quia non amant
salutem suam nec pro ea labora-
re volunt. Deus enim vult omnes
homines salvos fieri. Unde appa-
ruit tempus in quo multi
peccatores salvos fient etc. Et
in signum illius dies presens
dicitur dies salutis quia nisi fu-
issent dies iste nisi totus mun-
dus rediret ad perditionem. Unde
multe expectant quasi passi
ca morerentur. Augustinus con-
dempnaret. Seneca magnum pe-
riculum est male vivendi quasi
certo moriendi. De facili enim
homines salvarentur animas suas
si tempus istud presens totaliter
expenderent quod non immerito dicitur
dies presens dies salutis. Unde
etiam ad 2am partem sermonis. Quod quilibet
debet predicare de ullo sacro tempore
gratie misericordiam dei. Ysa. 44. Quere-
te dominum dum inveniri potest.
Iam enim deus prope est et
misericors est omnibus peccato-
ribus in corde convertentibus.
Joh. 2. Convertimini ad
dominum deum vestrum quia benignus
et misericors est. Unde dicitur Ezech.
18. Nolo mortem peccatoris sed ma-
gis ut convertatur et vivat.
Unde nos videmus ad sensum quod
aliquis offendit aliquem poten-
tem divitem nichil optat tempus
in quo possit eum placare invenire.
Et est principium tempus quod est
tempus presens et nunc in quo
precipue est credendum quod ille qui magis
non infirmitatem exhibuit plu-
ribus peccatoribus in hoc sacro

patrus sit. omnibz peccatori omi
tecia pia misericordie indul
gere. Et in signum huius dixit
nuibz aie sue ratte Illud Can
6. Reuerte reuerte vt ītueam
p quater dicit reuerte. primo
1 pter sctos et angelos in celo ex
istentes qui ocis desiderantes
te expectant et in consortio
no tua desiderant Luce 15
Gaudium est angelis dei sup
s feceris omnibus annis tuis
te deserentibus in gloria ne
cessitate ipsi tibi parcet et
aiam tuam cum magno gaudio
in celum portabit // Secundo reuer
2 te ad honorem virginis matris
mee que te sepius apud me
reconciliauit que nunquam p te
orare desistit Cantica vi dicit Re
Ipsa enim peccatores toti mundo
despectui amplectitur et defen
dere non desinit donec eum filio
suo reconciliauit // Tercio dicit
3 reuerte ad confessionem dicen
tibus in quos peccando letifi
casti penitendo confundas et
sancti erunt apostolus in omni vi
ta tua quod nunquam desperabe
ris si sit in veram penitentiam ex q
nia perseuerabis Canticum ab in
uo mundi vere penitentes nunquam
mala morte moriuntur Vnde Iero
nimus nunquam aliquis mala mor
te moritur Quamuis morte
te moriatur siue in lecto siue in men
sa siue in campo vel aqua in ig
ne omnino hic est subitanea
morte moriatur Vnde Aug. li.
Iusti quamuis morte preoccupa
ti fuerit in refrigerio erit

Nam ipsi demones sciunt diuer
sa genera hominum in infernum Cleri
cos religiosos nobiles ignobiles
ciues et rusticos diuites et
pauperes etc. Sed ve pecca
toribus et impenitentibus illa diuina gratia
hominum non sciunt quod vbi homines
illuc nunquam perueniunt vbi
recipiuntur // Quarto dicit reuer
te ad honorem meum quia te cre
aui ad ymaginem meam vt non
esses Et pro ceteris creaturis nobi
liorem Et vita sunt argumentum
nobilissimum animal est homo
quia inter omnia animalia solus homo est
rationabilis Insuper sanguine meo re
demi te vt non periret Ite iam
ad celum aperui tibi vt intrare pos
ses Et multa beneficia impendi et
bona tibi et contuli Igitur reuer
te ad me Et ego suscipiam te
Quod si feceris honorabo te in
celo coram patre meo et omnibus
et angelis meis Et ergo qui
vult bene mori et saluus fieri
penitentiam agat illo tempore
Vnde ipsa penitentia omnia operatur in
celo et in terra Vnde Aug. O pe
nitentia omnia ligata tu soluis
omnia despecta reformas et pa
radisum reseras tu es cunctis lanior
auro splendidior sole Vnde etc.
Iohannes de Sermone bono li. z. penitentia est
medicamentum vulnerum spes salu
tis per quam peccatores saluantur per quam
deus ad misericordiam prouocatur quem non tempore
pensatur sed profunditate luctus et lac
marum Vnde dicitur quod Vnde Ieronimus
peccatum quantumcunque magis possit agi
penitentia. Vnde Seneca super Iob penitudine
est Canticum hic est deus spiritus viui
ti tradi et separari Canticum ille est
preceptibilis penitentie et iste non

Hinc est secundum Damascenum. Item de omni peccato commisso a sponsa in tane conuente dum in matrimonio et post agi penitenciam peccatis non potest. Et hec est secundum dominus Karta. Item per parentem proprie remittuntur omnia peccata. Unde in decreto per penitentiam omne peccatum deleatur de pe. dist. 3. Insuper est unus articulus fidei credendum remissionem peccatorum. Et ita dicitur patet. Item heretici et separati non habent veram fidem sed sunt imitatores fidei prophetarum. Unde in decreto. Iudas a venia conclusus non fuisset si ipsam a Christo postulasset de pe. dist. 2 ... Unde quasi de illo qui magis etiam intuitus et splendidius ac clarius ... Unde in principio ... 19.

Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. I Thess. 4. Quia aliquando homines peccantes bona communicantur a deo pro ... ne eum aliquid provocet ad iracundiam et diligere tentant obseruare voluntatem patris. Etenim est ut obseruemus voluntatem eius quia sicut filius matri patri. Et ipsum regni celorum quod nobis promittit voluimus adipisci. Math. 7. Qui facit voluntatem patris mei ille intrabit in regnum celorum. Et ideo dicit apostolus in verbis premissis hec est voluntas dei sanctificatio vestra. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de voluntate et operibus dei. Secundo de fornicatione vitanda. Tertio de emptione et venditione in uno exemplo. Circa primum ad primum notandum queritur utrum voluntas dei semper impleatur. Dicendum secundum Thomam I q. 19.

· q · P

Item non est voluntate dei semper impleri. Et quicquid deus proposuit vult hoc fit. Et impossibile est quod diuina voluntas effectum non consequatur. Unde qui credere videtur a diuina voluntate secundum unum ordinem peccando incidit in ordinem diuine voluntatis dum per eius iusticiam punitur. Sed contra hoc arguitur sic. Videtur quod voluntas dei non semper impleatur. Dicit enim apostolus I ad Timotheum 2. Item deus vult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Sed hoc non ita euenit. Ergo non semper dei voluntas impletur. Respondet Damascenus. Item hoc intelligitur de voluntate antecedente non de voluntate consequente. Que quidem distinctio non accipitur ex parte ipsius voluntatis diuine in qua nihil est prius nec posterius sed ex parte volitorum. Ad quod intelligendum notandum. Item unumquodque quod est bonum sic est volitum a deo aliquod autem potest esse in prima sui consideratione secundum quod absolute consideratur bonum vel malum quod tamen prout in aliquo adiuncto consideratur que est consequens consideratio eius a contrario se habet. Sicut hominem viuere est bonum et hominem occidere est malum secundum absolutam considerationem. Sed si addatur circa aliquem hominem quod sit homicida vel viuens in periculo multitudinis sic bonum est eum occidere et malum est eum viuere. Unde potest dici. Item iudex iustus antecedenter vult omnem hominem viuere. Sed consequenter vult homicidam occidi.

furem suspendi et raptorem decollari etc. Quilibet deus vult antecedenter omnem hominem salvari. Et consequenter vult quosdam dampnari secundum exigenciam sue iusticie. Item lex queritur utrum aliquid accidit a casu. Respondet Elucidarius: Nichil omnino sine causa dei ordinacione, quod tunc eciam vel edificia cum bonorum hominum fortuitu igne inardescere capiunt cremantur. Respondet: casus nichil est. Cyprianus enim et Job v: Nichil fit in terra sine causa. Unde patet quod nulla creatura sine causa est in toto mundo nec contingit nec desistere nisi prius a deo ordinetur. Contingit autem hoc tribus de causis. Prima propter crimen edes per iniuste acquisita constructe sunt. Exemplum: Sodoma et Gomorra inhabitatores eas per immundicias commaculant. Tercia causa: quia eas homines plus quam ecclesiam diligunt. Hec nec homines mundum peccatorum morte nec inficit nisi dei intuitu inducet. Item utrum morbus et egritudo sint pene peccati, cum tamen peccatum precedit, vel per distinctionem peccata respondet. Respondet idem: Quia per ea homo punitur cum corpus dolore vel morte in anima torquetur. Et si dicis: hoc potest esse de domesticis peccatoribus, sed quid de pluribus. Respondet: quod eam egritudinem vocant, eveniunt eis a corrupto aere vel ab aliis rebus que ob peccatum hominis in concia mutantur. Item queritur utrum in omni opere dei iusticia et misericordia conveniunt. Respondet Hostiensis 2 c. 2e dist. 16. Et concordat Albertus de mirabili scientia dei c. 29 et Gregorius loquendo: misericordia divina voluntas benefaciendi creature, iusticia vero condecencia bonitatis sue. Et in omni opere est misericordia et iusticia, quia in omni tempore deus facit secundum condecenciam bonitatis sue et voluntate benefaciendi creature. Unde psalmista: Universe vie domini misericordia et veritas. Et psalmista 144: Iustus est dominus in omnibus viis suis. Sed contra dictum arguitur primo: in iustificacione impiorum apparet misericordia et non iusticia. Tercia: dominus iniusti supponit misericordiam. Ex iustificacione impii non procedit iniustum ergo non. Respondet Holkot super librum sapientie c. l. 74: In iustificacione impii procedit motus liberi arbitrii attencionis quod quod alicui causa iusticie, vel quod deus infundat sibi graciam. Quilibet est ibi iusticia ex parte dei, qui quemadmodum debitorem efficitur reddendi promissionem. Unde glossa super illud: Ut iustificeris in sermonibus tuis: Deus homini promisit ut penitentibus veniam peccatoribus largiretur, et sic in iustificacione impii ex utraque parte dei et hominis iusticia et misericordia reperitur. Item arguitur: parvuli baptizati affliguntur in infirmitatibus et morte, et ibi nulla apparet iusticia, quia liberati ab omni peccato non sunt debitores alicuius pene, ergo iniuste puniuntur. Respondet Holkot: Baptismus aufert radicem visionis divine, sed per ... non tamen aufert penalitates quas natura consequuntur ex defectu suorum primorum parentum peccati originalis. Unde baptismus absolvit a reatu mortis eterne et aliarum penarum natura corporis corruptibil gaudium. Et secundum albertum est ibi misericordia quod sic probat: misericordia dei est subito perire eorum innocentes ut alii videntes magis timeant et erudiantur. Hoc enim procedit de fonte pietatis bonitatis quibus in multos. Eius dignus per parentes voluit eorum pati ex pietate quam habuit in omnes homines. Item hic queritur quare pro peccato originali parvulus incurrit culpa per parentem deleta. Respondetur secundum magistrum sententiarum et etiam alios doctores. Ideo ut non contraheret aliud coniugium non esse sed tam nobile hic daretur. 4o ut plus mereantur. 3o ut plus humiliem. Ideo ut timore minuatur ne propter dei facilitatem transgrediantur. 5to ut amicitia dei exprimatur qui quos amat corrigit et castigat sicut arguit. Et pueri qui sine baptismo in originali decedunt propter culpa aliorum videntur puniri ergo ibi nulla est misericordia. Respondetur quod in illis pueris naturalia conservantur in esse ex misericordia dei. Unde ipsa licet tamen dominum propter non sunt consecuti. Item thomas in 2o di. 33. pueri in originali peccato decedentes nichil dolebunt de carentia visionis divine, immo magis gaudebunt in hoc quod participabunt multum de divina bonitate in perfectionibus naturalibus. Ideo autem non dolebunt de carentia visionis divine / ~~immo magis gaudebunt in hoc quod participabunt multum de~~ divina bonitate / quia admodum nunquam fuerunt proportionati nec eorum potentia ut quod ad hoc non attingit. Nec ex parte gratie qui habet propriis actibus attingere requireret. Unde de hoc completum

Ubi gratia vel sed non eligetur in papam vel episcopum vel in regem non ex hoc dolet nec tristatur quia ad hoc nunquam fuit proportionatus ad talem dignitatem. Sic etiam est de illis pueris. Item nota quod petrus de palude dicit super 2o libro sententiarum quod tales pueri habent naturalem felicitatem et melius est eis quam alicui homini in hoc mundo potest esse temporaliter. Item bonaventura super 2o li. sententiarum dicit quod sicut in beatis potest summa misericordia et in dampnatis summa iustitia, Ita et in istis pueris relucet utraque. Et hoc pro decore universi. Quantum ad 2am partem dicit hic apostolus ut abstineatis vos ab omni fornicatione et merito quilibet qui vult salvari debet abstinere se ab omni fornicatione. Venia secundum augustinum. Hoc propter non moechaberis prohibet omnem illicitum concubitum. Unde in decretis: Ad meretrices accedere est divinitus prohibitum. 32 q. 4 l. meretrices. Et quo patet quod etiam simplex fornicatio scilicet solutus cum soluta est peccatum mortale. Item hic queritur utrum in tactibus et osculis et huiusmodi sit peccatum mortale. Tactus secundum quam rationem non incurrunt peccatum mortale quia possunt absque libidine fieri vel propter consuetudinem patrie vel propter aliquam utilitatem aut rationabilem causam. Sed si fiant libidinose et cum delectatione sunt non talia. Unde sicut solus consensus in delectatione morosa est. Et addi potest secundum wilhelmum quod etiam amplexus

1. Require libro 2a 2e q. 154 ar. 4. Et de hoc dicit petrus in moralibus 2o v. secundum ... sua 2a oscula et huiusmodi tactus et amplexus secundum ... sua 133

ecclesiam et quolibet dictorum dierum
tres reficiat pauperes et

sed non post tres saltem duos vel unum. Et per hoc non post illud quod in penam incurrerit. Et si predicta contempserit debet ei ingressus ecclesie interdici et in obitu debet carere ecclesiastica sepultura. Hec omnia secundum Hostiensem pro tribunali sunt. Tamen in iudiciis animarum districtio sacerdotis molliat hunc rigorem. Secundo non maledicebat. Unde hic queritur an homo christianus debeat sustinere maledictionem sibi a malis hominibus imprecatam. Respondeo quod iustus et bonus homo debet ferre patienter propter deum tales maledictiones quia non sibi obsunt sed multum prosunt quo ad meritum vite eterne. Unde psalmista Maledicent illi et tu benedices. Augustinus Iniustus est et maledictus qui mundum ei pro maledictione reddit. Sed si conversus maledicet corde et tu deliberato animo sed in morte culto sive in manifesto tunc deum graviter offendit et dampnationem anime meretur. Tercio cantatur ad tertiam partem dicitur hic. Nunc conversi estis ad pastorem id est ad Christum qui nos pascit nos in presenti suo corpore et sanguine suo. Et ad illum pastorem debemus habere bonam et firmam spem quod velit nostri misereri et nos salvare cum beatis et electis in celo. Respondeo secundum Thomam secunda secunde questione 18 articulo 4 non. Et probat hoc per magistrum sententiarum. Spes est certa expectatio future beatitudinis. Ideo cum beatitudo non sit futura in beatis sed presens ideo spes sicut fides evacuatur in patria. Sed dicit quis anime sanctorum que sunt in patria expectant adhuc gloriam corporis etc. Respondeo Thomas habens gloriam anime licet iam sufficienter causam glorie corporis ergo vere. Item queritur utrum spes sit in dampnatis. Dicit Thomas ibidem quod non. Et ratio quia spes causat gaudium secundum illud ad Romanos 12 Spe gaudentes. Sed dampnati non sunt in gaudio sed in dolore et luctu. Matthei 22 Ibi erit fletus et stridor dentium. Unde ysaias 65 Servi mei laudabunt pre exultacione cordis et vos clamabitis pre dolore cordis et pre contricione spiritus ululabitis. Secundo probatur ad condicionem miserie dampnatorum pertinet et ipsi sciant quod nullo modo possunt dampnacionem evadere et ad beatitudinem pervenire. Job 15 Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem ergo etc. Unde ex causa dicta patet quod spes solummodo est in viatoribus id est in hominibus adhuc viventibus. Unde bonam spem debemus habere in deum nostrum Ihesum Christum quia ipse est qui vult omnes homines salvari quod ostendit in vita in morte et post mortem. In vita ostendit quia peccatores recepit et cum illis manducavit et bibit unde ipsi pharisei hic peccatores recipit et manducat cum illis et murmuraverunt eum peccatorum vocatorem et amicum publicanorum. Item ostendens hoc in morte cum in cruce pendens pro crucifixoribus oravit dicens Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Sed inimicos suos voluit salvari ergo eo quod pro eis oravit. In hoc ostendit quod ceteros homines eciam volet salvos fieri. Et quomodo plures sunt conversi et salvati ex Iudeis per oracionem Christi ut habetur Actuum 2o ubi per unam predicacionem tria milia virorum in uno sermone convertit. Item ostendit hoc adhuc cottidie post mortem et ascensionem suam quia quod tempore brevissima impendit tam bonis quam malis bene. Ut ergo Dei solempnia orati fiant super bonos et malos etc. Similiter dat premia gaudia in celo penitentibus scilicet qui male operantur et postmodum per penitentiam redierunt tamquam innocentibus qui nunquam deum in aliquo peccato mortali offenderunt. Mathei 20. Acceperunt singuli denarium diurnum id est glorie eternitate licet diverse in merito et in gaudio ad omnes habent eandem eternitatem in celo. Johannis 14. In domo patris mei etc. Unde magister sententiarum in 2o d. 27. Electus ab electo differt in claritate mentis et corporis. Unde etiam apostolus: Reddet unicuique iuxta opera sua. Exemplum quod deus dat penitentibus qui diu male operantur et postmodum per penitentiam redierunt innocentibus in vita eterna hoc ostensum est in meretrice quam sanctus paffutius per triennium inclusit et postmodum celum intravit post paucos dies. Ge. Re. in principio ce. m. 28.

Deum timete. Ista scribuntur prime Petri 2o capitulo et in epistola currentis dominice die tunc. In quibus verbis apostolus petrus hortatur nos ad habendum timorem dei qui summe necessarius est cuilibet homini qui cupit salvari. Unde ysid. Ysidorus de summo bono. Ubi timor dei non est ibi salus non erit. Ergo dicit beatus petrus hic: deum timete. Unde in presenti sermone de timore dei tria sunt dicenda. Primo quare quilibet homo multo deum timet. Secundo quot sunt species timoris. Tertio bona que proveniant homini de timore dei.

Quantum ad primum sciendum quod deus pre omnibus de cunctis timendus est a quolibet homine. Prima est propter suam potentiam. Sicut enim quidam etsi habet potestatem in regno suo tamen fugiendo ad aliud regnum evadit manus eorum. Non sic est de deo cuius dominationi subsunt omnia. Ideo nullus potest eius manum evadere. Unde Sapientie 16. Tuam manum nemo evadere potest. Et propter hoc magis timendus est. Unde in psalmo 138. Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam. quasi diceret. Nec in celo nec in inferno neque in extremis terrarum effugere potero manum tuam. Valeo. Secundo propter potestatem super res temporales quas concessit tibi ad tempus quas potest auferre quandocumque sibi placuerit. Item super corpus tuum quia potest te facere claudum cecum surdum leprosum etc. Item super animam tuam. Mathei 10. Timete qui potest occidere corpus et animam et mittere in gehennam. Secunda ratio est propter suam sapientiam. Illa omnia cognoscit et omnia videt. Ad Hebreos 4o. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Hoc enim si nos crederemus haberemus maximum timorem in omnibus cogitationibus locutionibus et operationibus. Unde Boetius. Magna est nobis indicta necessitas bene faciendi necessitas cum cuncta agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Unde Augustinus. O peccator vis quod committas ubi deus te non videt et facere quod vis. Item Augustinus ibidem. Deus timendus est in publico timendus est in secreto. Tu procedis videris et tu intras videris lucerna ardet et ipse te videt. Exemplum de illo sancto pa-

M

tre quem dirigit meretrix ad diversa loca et per semper dirigit. M deus nos hic videt et sic cum illo conducit eam. Re^e in principio M. 28. Tercia causa est consideracio ipsius culpe. Nam rex hominis timimus timet se coram iudice seculari. Quanto magis homo peccator timere qui tot et tantorum criminum scit se reum esse apud districtissimum iudicem qui erit minus tam horribilis ad videndum. Et tunc dicent montibus cadite super nos. Unde apoc. vi. Job x. Quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me et abscondas. Unde Ps. Sive comedam sive bibam illa vox semper sonat in auribus meis: Surgite mortui venite ad iudicium. Nam ibi reddituri sunt singuli discretam racionem de cogitacionibus locucionibus et operibus de tempore suo. Et quibus in statu suo quo vixit in presenti vita. Et etiam de bonis obmissis. Et etiam omnia peccata occulta cordis et corporis denudabuntur in iudicio. Mt. x. Nichil opertum est quod non reveletur nec absconditum quod non sciatur. Insuper iudex ille erit inflexibilis. Nam si beata virgo maria beatus Johannes baptista et omnes sancti et angeli rogarent in iudicio pro aliquo qui tunc esset in peccato mortali iudex tamen non exaudiret eos. Prov. 6. Zelus et furor viri non parcet in die vindicte nec acquiescet cuiusquam precibus. Unde Ps. 18. Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Prima Petri 4. Vix iustus salvabitur et impius ubi parebit.

O Quantum ad secundam partem sciendum quod quadruplex species timoris. Primus timor est mundanus quo homo plus debito timet amittere bona huius mundi. Et hic timor semper est malus et multa mala generat. Nam hic est timor qui fecit innumerabiles innocentes pueros trucidari per ungit ab herode rege. Timebat enim quod ne perderet quod tres reges regem iudeorum predicaverunt eum regno privaret. Et gloria mundana propter hoc omnes parvulos in betlehem et in finibus eius fecit occidere ut sic nec ipse regnum posset evadere Mt. 2. Item hic est timor qui Christum interfici fecit a iudeis. Dicebant enim: Si dimittimus eum sic omnes credent in eum. Et forte venient Romani et tollent nostrum locum et gentem. Item ille timor iam in presenti tempore multa mala facit et multos predicatores et iniquos dei tacere. Hic enim timor facit multos usurarios raptores furtes falsarios mercatores mercatores. Hic omnes timent temporalia deficere si in veritate et mensura deberent emere vel vendere. Unde hic queritur timor ille sit peccatum mortale. Respondeo quod ille timor mundanus quandoque est actus mortalis peccati si scilicet homo ponitur quod committeret mortaliter quam de bonis illo careret vel etiam bona temporalia amitteret perderet. Signum est quod illa bona plus diligit quam deum. Et quandoque etiam est peccatum veniale si quis potius venialiter peccaret quam illa bona amitteret nollet tamen peccare mortaliter. Secundus est timor humanus quo quis plus debito timet penas corporis vel mortem. Et iste etiam semper est malus licet minus quam primus. Iste enim timor humanus fecit magnos dicere. Hoc patet in Petro Luce 22. Qui propter humanum timorem

rem christum ter negavit et etiam in aliis discipulis qui propter humanum timorem fugerunt dimisso christo. Secundo ostenditur quod christus confortat suos contra humanum timorem dicens Luce 12 Nolite timere eos qui occidunt corpus etc. Sic confortatus est paulus apostolus Actuum 21 Non solum alligari sed mori paratus sum pro nomine domini nostri ihesu christi. Sic ipsi et ipso confortati sunt dicentes Mathei 20 Possumus bibere calicem quem bibiturus es. Sic etiam omnes apostoli Actuum 5 Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro eo. Sic etiam omnes martires et confessores habiti et confortati sunt. Unde tamen verbera tormentorum non timuerunt sed morientes pro christi nomine ut heredes fierent in domo domini. Sunt enim tres cause quare debemus libenter laborantes et viriliter exponere membra corporis nostri operibus et afflictionibus in servicio dei et etiam totum corpus ad vitam nostram in mortem si necesse fuerit. Prima causa quia corpus et animam nostram ab eo recepimus, ut ei servire debeamus. Unde dicitur in psalmo 99 Ipse fecit nos et non ipsi nos ut ei serviamus et non huic mundo. Et etiam propter nobilitatem anime debemus corpus nostrum operi tradere et exponere. Nam anima multum nobilior est corpori. Et ideo debet corpus exponi pro ea. Sicut nam in animalibus exponit membra minus nobilia pro nobiliori. Exemplum in homine qui naturaliter exponit brachium pro capite. Similiter serpens qui totum corpus ponit pro capite in quo vita eius. Ideo dicit christus Mathei 10 Estote prudentes sicut serpentes quorum prudencia in hor

commendatur. Sed heu plures sunt qui plus timent lesionem corporis quam anime. Et non infirmari volunt lesi sunt in corpore et in anima sustinent. Plurimam faciunt pro sanitate corporis et pro longitudine vite querendo peritos medicos cum magnis expensis, currunt etiam si deberent ire ad centum vel septem miliaria non etiam expendendo magnam summam pecunie, qui pro anima vix veniret ad proximam ecclesiam audiendo sermonem vel vix etiam daret denarium pauperibus pro salute anime sue. Et racio est quia plus diligunt vitam corporis quam anime. Unde Gregorius in moralibus Morte carnis omnes homo timet, morte anime pauci. Laborant ne moriantur homines morituri et non laborat homo ut non moriatur sine semper victurus.

2. Secunda causa quia deus nobilius corpus dabit post mortem et resurrectionem quod erit tamquam sol. Unde quanto hic plus exercetur in devocionibus et bonis operibus tanto clarius erit. Mathei 13 Fulgebunt iusti tamquam sol. Unde est anselmus. In illa vita pulchritudo iustorum solis pulcherrimi qui septuplum erit quam nunc est splendidior adequabitur. Velocitas vero agilitas tanto nos conformabit ut angelis dei celestibus sunt qui a celo ad terram et e contra citius dilabuntur.

3. Tertia causa est quia pro nobis mortuus est christus qui est nobilissimus rex celi et terre et dominus [illegible] ad ephesios 5 Tradidit semetipsum pro nobis etc. Unde Bernhardus Iuste sibi meam vendicat vitam qui pro me suam posuit. Unde psalmus Quid retribuam domino pro omnibus que

Vnde 2° machab 6 · Cum ergo anthiochus compelleret filios israel transgredi legem dei · Eleazarus nobilis et honorabilis vir nonaginta annorum voluntarie ibat ad supplicium et pacienter sustinens destinavit non admittere illicita propter vite prioris amorem · Hii autem qui astabant iniqua miseracione commoti propter antiqui viri amiciciam tollentes eum secreto rogabant ei afferri carnes quibus ei vesci licebat ut placeret manducasse quod rex imperaverat de sacrificiis carnibus ut hoc facto a morte liberaretur · Et ipse dixit non enim nostri etati dignum est fingere ut multi adolescentes arbitrantes eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum · Et ipsi propter modicum et corruptibilis vite tempus decipiantur · Nam etsi in presenti tempore suppliciis hominum eripiar sed manum omnipotentis neque vivens neque defunctus effugiam · Hiis dictis confestim ad supplicium trahebatur · Cum autem plagis perimeretur ingemuit et ait domine qui habes sanctam scienciam manifeste tu scis quia cum a morte possem liberari duros corporis sustineo labores secundum animam vero propter timorem tuum libenter hec pacior · Et hic modo defunctus est non solum iuvenibus sed et universe genti memoriam mortis sue ad exemplum virtutis et fortitudinis derelinquens · Vnde et quilibet hoc considerantes potius decet exponere res et vitam quam contra preceptum dei facere · Item quinque fr briorum matre dei efficiuntur · ut de hoc in decretis · Item pro christi nomine martirizati sine dubio vitam eternam consequuntur · 23 · q · 4 · merito

3 Tercius timor est servilis cum quis non amore sed timore gehenne vel eternis pene abstinet a malo vel facit bonum · Ubi sciendum quod iste timor non est peccatum in se sed dum accepto propter timorem pene non inferni sed eciam pene temporalis vel externalis confusionis non dampni temporalis · Item non furatur propter suspendium · non homicidium committit quia timet incarceracionem · non quotidie malum committit sub pena purgatoria · non cavet et non propter deum · Servilis enim talis non peccat opere sed mente peccat per malam voluntatem · Vnde augustinus · ipsa voluntate reus est qui vult quod non licet fieri et talia mala que sic tamen solummodo timore pene non liberant hominem a penis eternis · Augustinus · Item gehennam metuit non peccare metuit sed ardere · Ille bona que ex solo timore fiunt et non ex caritate non sunt meritoria · Vnde apostolus · Si tradidero omnes facultates meas in cibos pauperum · Item si tradidero corpus meum ita ut ardeam caritatem non habeam · Vnde dicitur in decretis · Opera que sine caritate non valent ad salutem · 28 · q · 1 · Omni ·

Et hoc patet quanta stulticia est timore pene declinare a malo vel facere bonum et non potius amore dei et proprie salutis · 4 Quartus est timor initialis quo quis timet non solum penam sed eciam separacionem a deo · Et iste timor semper est bonus · Ideo enim quis timet a deo separari quia diligit deum · Hic timor habet duos oculos dextrum quo singulariter respiciens timet separari a deo · Sinistrum quo deorsum respiciens timet incurrere penas eternas · Istos oculos quilibet peccator debet habere · et ad illos inducit nos scriptura math 3 · Omnis ar-

qui non faciunt scientiam bonam operantur
et separabitur a deo ecce primum Ecc
in ignem mittetur, ecce secundum Math
24 Item opponitur dicitur et in 25
tremo maledicti discedite a me
maledicti in ignem eternum, ecce se-
cundum et tertium Iste enim timor facit
declinare a malo prov 16 In timo-
re domini declinatur a malo Iste
provocat ad bonum Eccl 15 Qui
timet deum faciet bona dicitur
autem ille timor initialis quia est in
incipientibus. Timor est fi-
lialis quo timet deus nec tamquam
... non propter penam sed timet
offendi propter amicitiam et bonitatem
suam Et dicitur filialis quia ad per-
fectos pertinet Iste timor facit ho-
minem sollicitum et cautum quia tales
filii stant semper in timore dei
ne offendant oculos divine ma-
iestatis Exemplum de Job 9 qui dix-
it, Verebar omnia opera mea sciens
quia non parceres delinquenti Item timet
sibi de occultis sicut erat secundum ap-
postolum paulum Timuit sibi ne
sint conscii in aliquo peccato vel
non sunt iustificati et ideo tenent
sibi ne aliquod peccatum occultum
habeant quod deo displiceat Exemplum
de david qui sic timens dixit ut
habetur in ps 18 delicta quis in-
telligit ab occultis meis munda me Iste
timor facit eos plus dolere etiam
de parvis peccatis quam aliqui pecca-
tores de magnis Item facit eos
quandoque timere de culpa ubi nulla est
Unde Gregorius Bonarum mentium est
ibi culpam cognoscere i. timere ubi
culpa non est || Quantum ad 3m
partem sciendum Quod timor dei confert
homini quinque bona. Primo sufficientiam
temporalium in presenti vita unde dicitur
in ps 33 Timete dominum omnes
sancti eius quia non est inopia
timentibus eum secundum glo. i. temporalium Unde
augustinus super contemptores
et deserit timentes se hoc dominus non || 2o
confert vite prolongationem prov 10
Timor domini apponet dies Insuper
in extremis vult ipsis deus subve-
nire Eccl 1o Timenti deum bene
erit in extremis et in die defun-
3 ctionis benedicetur || Tertio miseri-
cordiam dei impetrat unde dicitur
in ps 102. Quomodo miseretur pater
filiorum misertus est dominus timen-
tibus se Quarto huiusmodi paratus
est deus voluntatem ipsorum adim-
plere et preces eorum exaudire unde
dicitur in ps 144 voluntatem timen-
4 tium se faciet etc Quinto in bono
statu conservat hominem et in gratia
dei Unde Bernardus In veritate mihi
scias ad gratiam promerendam conser-
vandam recuperandam nihil sic valere
quam non altum sapere sed semper ti-
mere Ergo quicumque vult manere
in gratia dei et non propter passa opera
a se non expellere debet semper
stare in timore dei Eccl 27 Si
non in timore domini tenueris
te instanter subvertetur domus
tua Unde Bernardus In tractatu de vii do-
nis Columpna est quia timor et religio-
nis manere potest per alterum sine
altero Radix timor dei radix est
1 et custos omnium bonorum || Quinto con-
fert etiam beatitudinem post hanc
vitam unde dicitur ps 60 Dedisti heredi-
tatem timentibus nomen tuum domine
Unde Eccl 25 Timenti deum beata
est anima eius i. habebit beatitudinem
eternam Primo timor dei in presenti pur-
gat et disponit animam ad evolan-
dum cito ad celum Unde Job 12 Terre-
ti purgabuntur Exemplum quidam Gre-
gorius de quodam viro sancto qui in-

rabiliter timuit in morte. Cum autem postea apparuisset nuda in splendida veste et quereret ab eo quare sic timuisset, Respondit: quia timui ille enim omnino purgaverat ut statim post obitum ad celum evolaret.

Omne datum optimum et omne donum perfectum est desursum descendens a patre luminum. Iacobi primo. Et quia sumus ditati in magnis donis, ne igitur propterea extollamur, nunc beatus Iacobus reducit nobis ad memoriam quod omnia illa dona habemus a deo, quoniam dicit omne datum optimum et omne donum perfectum etc. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo illa tria dona que nobis a deo influere dicuntur largiter. Secundo quare homo debet esse velox ad audiendum et tardus ad loquendum. Tercio aliquid de eo dono in uno exemplo. Circa primum sciendum quod deus contulit nobis illa tria bona scilicet res temporales corpus et animam preciosam que sunt bona meliora et optima. Primo quod res temporales corpus et animam preciosam que sunt bona meliora et optima. Primo quod res temporales et creature quas deus creavit et homini dedit ad usum sui necessarie sint bone patet hoc Gen. primo: Vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. Item Eccl. 39: Bona bonis creata sunt ab initio. Deus enim dat illa temporalia scilicet panem ad vescendum, aquam ad bibendum, aerem ad inspirandum, lucem ad videndum. Terra namque ministrat homini alimenta in fructibus et graminibus. Aqua lavatque et diversa genera piscium. Aer prebet vitalem flatum et omne genus avium. Celum prebet nobis lucem de die ad vigilandum, tenebras et noctem ad dormiendum. Unde quantum teneris deo sumus pro tali feodo. Habet omnia bonis in bono fecit, impiis et peccatoribus in mala convertuntur. Cum districta racione reddituri sunt deo in extremo iudicio de usu creaturarum dei. Unde dicit apostolus: Omnia que diligentibus deum. Secundo quod temporalia sunt meliora quando utimur ea ad laudem dei et utilitatem proximi scilicet deo decimas offerendo. Unde Prover. 3: Honora deum tuum de tua substantia et de primiciis frugum tuarum. Item pauperibus elemosinas largiendo. Ysa. 58: Esurienti panem tuum et egenos. Item animabus in purgatorio existentibus subveniendo que cottidie clamant ad nos illud Job 19: Miseremini mei miseremini. Contra domini temporalium rerum quidam includunt sicut ille qui pecuniam domini sui abscondit, de quo dicitur Luce 19: Ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Nam quilibet tenetur proximo suo subvenire qui est necessarius. Unde dicitur in decretis: Pauperibus et non potentibus laborare subveniendum est. Dicit enim Ambrosius: Pasce fame morientem; si non pavisti, occidisti. Item quidam quod peius est bona temporalia sibi a deo collata inutiliter et male expendunt sicut gulosi ebriosi lenocinosi luxuriosi superbi in vestibus preciosis etc. Et tales sunt dampnati sicut patet Luce 16 de epulone qui induebatur purpura et bysso et epulabatur cottidie splendide. Tercio tunc hec temporalia sunt optima quando alliciunt hominem ad considerandum potenciam ad creatorem et mentem et ipsarum creaturarum. Unde sciendum

Et creator omnium creaturarum in creaturis posuit pulcritudinem delectationem et dulcedinem ut homines talibus allecti ad creatorem in quo sunt omnia ista plenissime pervenirent. Ergo cum gustas vinum dulce vel mel comedis cogita quam dulcis est dominus in celo. Item cum tu vides pulcram florem vel pulcram ymaginem vel aliquam pulcram creaturam sicut unam rosam vel lilium etcetera. Tunc cogita si hec temporalia sunt tam pulcra tam dulcia et delectabilia ut ex singulis ipsis singuli sensus reficiuntur in presenti. Quanta erit delectatio in beatitudine ubi non umbraliter sed veraciter omnes creaturas in suo creatore invenient perfectissime et plenissime a quibus omnes sensus delectationibus replebuntur. 2 Unde Augustinus: Omnia huius mundi delectabilia sparsim in creaturis recepta simul omni virtute unde et apte in creatore reperiuntur. Omnia enim clamant ipse fecit nos et non ipsi nos. 3 Item in creaturis debemus sanctam trinitatem agnoscere. In magnitudine potentiam que patri appropriatur. In pulcritudine sapientiam que filio appropriatur. Bonitatem que spiritui sancto attribuitur. 1 Propter hoc et similia dicuntur creature vestigia dei. Job xi: Vestigia eius comprehendes. 1° Cum igitur creature et bona temporalia in cognitione dei nos trahunt. Non eisdem nisi ad beneplacitum dei et utilitatem nostram utimur tunc peccamus contra rationem fortiter. 2 Secundum dicitur quod est corpus hominis est bonum, magis tamen creatum est a deo sicut cetere creature. Sed quia corpus impugnat contra animam hoc est propter peccatum. Et inter omnia corporea creata tunc corpus hominis est nobilius. 2 Unde Augustinus super Genesim: Omnium animalium corpora sunt que magnus sive in terris vivunt inclinata sunt ad terram et non sunt erecta sicut corpus hominis. Unde Gregorius dicit: Natura immortalis est homo conditus ut si non peccasset mori non potuisset et hoc corpus anime datum est ut dicit magister sententiarum ut meritum sibi acquireret et haberet. Sed diceres quomodo ergo merebitur cum corpore. 1° 4 Respondeo tripliciter. Primo resistendo viriliter peccatis illis ad que corpus nostrum plus inclinatum est sive sit gula sive invidia sive superbia et similia. Unde Judith: Quoniam viriliter restiteritis coronabimini. Apostolus: Nemo coronabitur nisi qui legittime certaverit. Job vii: Militia est vita hominis super terram. 2 Secundo inducendo bona opera operando et corpus nostrum castigando scilicet ieiunando vel aspera veste induendo. Et corpus tuum virgis et flagellis castigando vigilando orando. 3 Tertio memineris in corpore sustinendo libenter infirmitates et labores corporis. Quia melius est infirmitas corporis quam interim bona opera facere. Sed diceres quomodo possum patienter sustinere infirmitatem nam forte sit magna. 1 Respondeo debes cogitare penam purgatorii que multo gravior est quam omnes infirmitates omnium hominum in toto mundo coniunctim. Unde dicitur in decretis: Ignis in purgatorio nulla pena est comparabilis temporalis di. xxv Qui in aliud. Et in isto igne oportet te diu manere et purgari si hic non purgatus fueris. Unde etiam magister sententiarum li. iiii di. xx: Deus quod pie ... impunitum non dimittit delictum. 2 Quarto cogita quod tales infirmitates an

tibi meritum tuum in celis Matth. v
Gaudete in illa die et exultate
quia merces etc. Et illa gloria
tanta est quod si unus solus sus-
tineret omnes infirmitates omnium
hominum adhuc nichil esset re-
spectu celestis glorie Unde apostolus
Non sunt condigne passiones huius
temporis ad futuram gloriam etc.
de hac gloria habetur ys 64 Oculum
nulle adri aut oculos etc. Ter- 3
cium datum est anima que est bona
et creata ad ymaginem dei Et
hoc datum scilicet animam dedit nobis
deus ut totum intellectum et affectum
ut omnes vires anime in deum diri-
gamus et super divina et celestia ex-
tendamus ut scilicet racio deum inci-
piat cognoscere voluntas cognitum
diligere memoria in deo cogni-
to et amato dulciter requiescat
Et tunc hoc datum erit melius
et optimum quando anima intimum perficit quod
inflammatur in caritate dei et unitur
deo sic quod erit unum cum deo Sic
ferrum mutatur in ignem quantum ad
formam non quantum ad materiam Unde
apostolus Qui adheret deo unus spi-
ritus erit cum eo Augustinus super prima
canonica Johannis Talis est unusquisque
qualis est eius dilectio Si ter-
ram diligis terra es Si deum dilig(is)
es icq Sequitur et omne datum perfectum
est id est gloria celestis descendens
a patre luminum id est a tota trinitate
ibi enim pater celestis dat se nobis
in concavitate fecundissima Et ibi
eciam perfecte amans ubi filius dat
se nobis in sapiencia lucidissima et in-
de eciam perfecte sapientes ibi da-
bit se nobis deus spiritus sanctus
in bonitate dulcissima Et inde eri-
mus omni voluptatum super affluen-
tes In hiis implebitur quod dicitur

Luce 6 Mensuram confertam et co-
agitatam et supereffluentem dabunt
in sinum vestrum Mensuram bonam
quia tali premio nichil melius inve-
nitur Confertam quia nulla pars nul-
lus angulus erit vacuus qui non
voluptate et gaudio repleatur
Coagitatam quia undique gaudium et
precipue de dei visione supra et proximorum
collacione intra et scilicet circa possessio-
ne Circa et omnium electorum contempla-
cione Supereffluentem quia supra omne
meritum supra omnem sensum super
omne desiderium erunt illa gaudia
que ibi possidebunt Et hec sunt dona
de quibus dicitur Cor. 9 Gra-
cias ago deo meo super inenarrabi-
li dono eius Sequitur ad compa-
racionem illius sermonis dicit sanctus
Jacobus Sit omnis homo velox ad
audiendum tardus ad loquendum
Notandum quod explicatur ostenditur quod
homo promptior debet esse ad audiendum
quam loquendum Primo per hoc quod
auditus in pluribus est quam lo-
quela Auditus enim est in non ha-
bentibus racionem in quo innuitur
quod in discrecione magis pro loquendum
sit Unde dicit quidam vere loquendi sed
sit indoctum Et quod nullus potest loqui
aliquod verbum quin mentem aut
demereret Et racio est quia loqui
est actus racionis Unde Boecius perihermenias
Nullum animal naturaliter habet sermonem
nisi homo Et omnis actus qui a
racione procedit aut est meritorius
aut demeritorius sicut hic Secundo o-
stenditur in hoc quod lingua naturaliter est
inclusa cum aures aperte et in aperto
Tercio ostenditur in hoc quod homo habet
duas aures et unum os Unde hic
est diligenter attendendum quod tres
plures fuerunt quam requisiti quare

se taceret. Refert plinius nomine Socrates dicens loqui me sepe penituit tacuisse autem nunquam. 25 policratici dixit Nullus stultus tacere potest. 5 policratici nomine Senocrates dixit Ob unam et duas aures habemus quod dicitur multa debemus audire sed pauca loqui. Unde legitur in vitaspatrum Quod sanctus Agaton abbas per triennium lapidem in ore suo portavit donec taciturnitatem discere potuit. Item sanctus theonas abbas in cella sua per xxx annos silencium habuit. Item notandum quod debemus esse paratiad audiendum tria. Primo divinam legem. Unde proverbiorum 28 Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius non erit exaudibilis. Secundo prelatorum imposicionem. Math 10 Qui vos audit me audit qui vos spernit me spernit. Tercio pauperum clamorem. Proverbiorum 21 Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperum clamabit et ipse et non exaudietur. Secundo ira viri iusticiam dei non operatur. Unde hic queritur Quando ira est peccatum mortale et quando non. Respondetur ad hoc quod triplex est ira. Prima est bona et est qua homo irascitur super peccata sua propria et aliena. Ecclesiastici 7 Melior est ira risu quia per tristiciam vultus corrigitur animus delinquentis. Secunda est ira venialis scilicet ira subita sine deliberatione rationis. Communiter in aliquibus hominibus iracundis cito ardescit. Et quando quis ex subrepcione commovetur et quam cito in racione advertit iram compescit et constringit iram et non vult se vindicare et hic solum peccat venialiter. Unde Cassiodorus venialis ira est

que non ducitur ad effectum. Tercia est mortalis ut cum quis irascitur sine deliberatione et cum consensu rationis. Et cogitat in animo suo quomodo possit se vindicare et talis sic irascens reus erit iudicio. Math 5 Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Et si illa ira ostendit verbis scilicet maledicendo et contumeliando proximum suum tunc adhuc gravius peccat et tunc hoc meretur eternam maledictionem quia reus dicitur est in concilio iudicio ut habetur Math 25 Ite maledicti in ignem eternum. Et si ergo ira procedit ad factum contra proximum scilicet tendendo percuciendo vulnerando vel occidendo tunc adhuc gravius peccat. Quantum ad terciam partem dicitur In mansuetudine suscipite insitum verbum. Notandum quod sicut glossa dicit super illud Joh 1 (8) Sermo meus non capit in vobis. Sermo enim dei est ut hamus qui capit dum capitur. Ideo necesse est cor mansuetum esse et planum et tenerum ut verbum dei possit infigi. Cor enim lapideum hoc non suscipit. Ergo dicitur In mansuetudine suscipite insitum verbum scilicet non per detractionem et inspicationem. Secundo quod potest salvare animas vestras. Nam anima multotiens claudicat de verbo dei quando dicendo et negligens vel quando displicet. Nam verbum dei potest salvare animas in presenti a morte spirituali scilicet peccati. Unde David psalmo 118 In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. In futuro vero a morte gehenna. Unde Jo. 8 Amen dico vobis si quis sermonem meum servabit non videbit mortem in eternum. Aliud quarto dicit sanctus Bernhardus.

in vno sermone querit magister predicatorum. Re in pumpte qdze discipuli. v. ij

Estote factores verbi et non auditores tantum fallentes vosmetipsos. Jacobi 1o.

Ista dies illius ebdomade dicuntur dies rogacionum atque oracionum quas debemus offerre Christo ascendenti in celum ut nobis promittat promissum spiritum sanctum. Et quia oracio hominis non exauditur nisi vita ad hoc adiuvetur operibus bonis. Ideo beatus Jacobus in presenti epistola invitat homines ad bona opera dicens: Estote factores verbi. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda que hic tanguntur in epistola. Primo de auditoribus verbi dei. 2o de refrenacione lingue. Tercio de oracione. Circa primum sciendum quod sunt quidam qui verbum dei non audiunt et isti sunt corrupte diaboli. hoc sic probatur Johannis 8. Qui ex deo est verbum dei audit propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Et Ba tis vi quod aliquis non sit dominus alicuius castri quando ei volenti ingredi porta clauditur. Porta per quam intrare vult dominus ad cor hominis est auditus verbi divini. Unde qui auditum ei negat quasi claudit ei portam. Et eciam videtur quod aliquis non sit de familia alicuius domini quando mandata eius non vult audire. Sic est de illis qui nolunt audire corpus per predicatores suos. Luce 10. Qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit. Secundo sunt quidam qui verbum dei audiunt sed non faciunt. Et isti seipsos decipiunt ut dicitur in verbis propositis: fallentes vosmetipsos. Quemadmodum aliquis seipsum deciperet si ab egritudine quam haberet de solo auditu medici se crederet curari. Et si quis ex solo aspectu speculi crederet deformitates et maculas a se removeri. Speculum in quo maculas nostras videre debemus est sacra scriptura. Unde Gregorius: Specula sunt dei precepta in quibus semper anime sancte conspiciunt et si que sunt in eis feditates deprehendunt. Et tales qui verbum dei audiunt et non faciunt incurrunt maledictionem dei. Juxta illud Deuteronomii 19. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis nec eos operibus implet. Econtra sunt benedicti ut dicitur Luce xi. Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Unde Apocalipsis 1o. Beatus qui legit et audit verba prophetie huius et servat ea que in ea scripta sunt. Ubi dicit glosa: Illi soli sunt beati qui verbum dei audiunt libenter et mente retinent et opere complent et sic vitam eternam possideant. Et quibus talis est benediccio a deo promissa. Juxta illud Deuteronomii 28. Si precepta dei audieritis benedicti eritis in civitate et in agro. Et tales eciam videntur esse multum dilecti domino nostro Jhesu Christo. Unde Luce 8. Mater mea et fratres mei hii sunt qui verba dei audiunt et faciunt. Exemplum de pastore peccatore qui tamen verbum audivit sermonem et salvatus est. hoc quere in principio quadragesime v. x. Circa 2m ad locum predicitur. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam huius vana est religio. Hic apostolus Jacobus hortatur nos ad custodiam lingue quam custodire necessarium est. Unde versus lingua. Sunt aliqui qui sibi cavent ab operibus malis sed non cavent sibi a verbis malis non attendentes illud: Cum concludendis custodia adhibeatur custos si porta et non custodiatur labor est inanis. Idem est in homine nisi enim os custodiat et vana est eius quam alia custodia. Ideo multo debemus refrenare linguam nostram primo a turpiloquio quia hoc animam inmundat. Sicut enim dicit philosophus verba sunt signa eorum passionum que sunt in anima. Item Math. 12: Ex habundancia cordis os loquitur. Tales enim sepulchrum sunt vas plenum fetore a quo non exit nisi infectio et inmundicia. Item refrenanda est lingua a verbis mendacijs. Sap. 1: Os quod mentitur occidit animam. Item a falsis iuramentis quia eum quis iurat per deum sciens quod non est verum peccat contra 2m preceptum. Exodi 20: Non assumes nomen dei tui in vanum. Sic etiam peccat contra illud preceptum qui blasphemat deum et qui maledicit proximo. Item refrenanda est lingua a verbis derisorijs. Ecclesiastici: subsannans subsannabitur. Et deridens deridebitur. Item a verbis detractorijs. Bernardus: Nescio quid impia est lingua que tres interficit uno flatu scilicet se ipsum et eum qui audiendo ei consentit et eum cui detrahit. Unde idem Bernardus: Gladius triceps est lingua detractoris. Iacobi 1: Religio munda et immaculata est hec visitare pupillos. Hec applicata nos invitat ad misericordiam pauperum que summa virtus est nobis. Tertia indigna est aliquos consequi divinam misericordiam nisi misericordes pauperibus et eorum miserabilibus succurrat in quantum sibi facultas suppetit. Gregorius: Dei misericordiam non potest promereri qui fuit misericors non fuerit. Unde Leo papa in sermone: Misericordie virtus est tanta ut sine illa cetere et si sint prodesse non possunt. Quamvis enim quis fidelis sit castus et sobrius et alijs maioribus virtutibus insignitus si misericors non est misericordiam non meretur. Tertia misericordia videtur quia in vita presenti quo ad multitudinem. Unde Crisostomus super Math. Equalem mercedem habet qui propter deum peregrinatur et talem qui peregrinantem recipit et fiant ambo equales. Et qui propter deum refrigerat et qui propter deum laborat. Sic valet in morte. Unde Ieronimus in epistola ad Neopotianum: Non memini me legisse mala morte mortuum qui libenter opera pietatis exercuit. Habet enim multos intercessores et impossibile est preces multorum non exaudiri. Item valeat post mortem scilicet in iudicio eorum salvat. Unde de operibus misericordie fiet discussio in extremo iudicio. Unde Math. 25: Esurivi et non dedistis mihi manducare. Item quia pauper Christi [illegible] in lecto in foro [illegible] Respondeo in proprio eorum c. 33. Queritur ad ... de ordine [illegible] hic moventur scilicet alie questiones.

q. Et primo queritur quid sit oratio.

r. Respondet Damascenus: Oratio est petitio decentium a deo. Et secundum Hugonem in 2 de sacramentis hec diffinitio Damasceni verissime essentiam orationis declarat.

q. 2° queritur quomodo deus et sancti adorandi et venerandi.

r. Respondeo secundum Thomam videre: est 2o adoratio sive veneratio. Prima dicitur latria et est servitus soli deo debitus et sic solus deus adoratur et sacramentum eukaristie.

q. Item queritur utrum crux Christi in qua pependit debeat adorari adoratione latrie.

r. Respondeo quod crux illa in quantum fuit corpori Christi dupliciter considerari. Primo ut est imago Christi sanguine perfusa quia est que est vera ymago christi crucifixi corporis et extensi in ea etc. adoratur eadem adoracione latrie propter christum. Et sic eam alloquitur ecclesia christum dicendo: Salve crux sancta, salve mundi gloria, vera spes nostra, vitam ferens omnium. Et iterum in alio ympno tamquam christum: O crux ave, spes unica. Et sic etiam adorari debet et potest quecumque crux in forma crucis ad ymaginem christi formata de quacumque materia sit, adoracione latrie. Alio modo consideratur crux christi inquantum est res quedam scilicet lignum et sic non potest eadem adoracione adorari cum ipso christo quia ut sic non pertinet ad personam verbi ut patet, ergo non potest eadem adoracione adorari cum ipso. Item queritur utrum beata virgo Maria sit ~~per se quedam persona agens~~ veneranda adoracione latrie. Respondetur cum beata virgo Maria sit persona quedam racionalis agens ei debetur honor per se. Unde alia adoracione adoratur quam filius eius utpote non latrie que soli deo debetur sed adoracione yperdulie quia ultra alios omnes sanctos debet adorari et venerari. Ergo invocamus eam dicimus dignissimam sponsam dei genitricem dominam angelorum, matrem gracie et matrem misericordie et hanc psalle non fit aliis sanctis. // Secunda est veneracio yperdulie et dicitur ab yper quod est supra et dulia. Et ista veneracio exhibetur excellentioribus creaturis ut sunt beata virgo Maria, lignum sancte crucis per se fixum quod sanguine in passione laverat christi, clavi christi, corona christi et spine de corona capite christi infixe et etiam vestimenta christi et similia. Hec enim ecclesie non placet sed excellentissime quia christum tetigerint. Unde Beda: Crux christi tactu pro mundi ipse tactus omni reliquiarum aliquibus quibus. Ita corpus tactu suo corpora et sanguine consecravit prefata et nobilitavit. Unde amplius veneranda sunt quam aliorum sanctorum ossa sive reliquie. Idem etiam tenet secundum in 3º distinctione 9. Tercia veneracio dicitur dulia. Et illa attribuitur sanctis. Unde queritur utrum aliqua oracio sit dirigenda ad sanctos. Respondetur secundum Thomam 2ª 2e q. 83: Sanctis porrigitur oracio non tamquam per ipsos implenda sed ut eorum meritis et precibus oraciones sortiantur effectum. Unde a sancta trinitate petimus ut nostri misereatur, ab aliis sanctis ut orent pro nobis. Sicut dicimus: Sancte Petre ora pro nobis etc. // Unde queritur utrum sit ydolatria passim sanctorum ymagines adorare. Respondetur quod ymago potest considerari dupliciter. Uno modo ut est res quedam puta lignum pictum vel sculptum. Et sic non adoramus ymaginem quia hoc esset ydolatria. // Alio modo potest considerari ut est ymago vel signum alicuius rei et quia idem est motus quo quis vertitur ad ymaginem et in ipsam rem nostram signum. Ideo etiam est eadem adoracio qua veneramur ipsam ymaginem et ipsam rem cuius est ymago. Unde dicitur in decretis: Non ymaginem pictura est adoranda sed res per ipsam representata. De conse. dist. 3 Perlatum sit a venerabiles. Ergo illi heretici graviter peccaverunt qui ymagines christi et sanctorum destruxerunt. Unde legitur in cronica heres. Leo [illegible] anno domini [illegible] fecit adversum [illegible] habet synodum ista congregant in Calcedonia in ecclesia sancte Eufemie virginis et martiris. Et ibi statutum est quod quecumque ymagines sanctorum inhoneste tractaverit aut reverentiam exhibuerit a gremio fidelium separarent. Item Constantinus papa sedit annos septem. Hic philippum imperatorem excommunicavit eo quod ymagines christi et sanctorum deponi fecerat. Item post hec imperator leo cum filio suo constantino anno domini 7?? regnavit 24 annis. Hic omnes ymagines christi et beate marie virginis et aliorum sanctorum in medio civitatis constantinopolitane cumulum fecit. Et multos de populo sibi non consentientes decollari precepit. Unde Gregorius papa 3 qui sedit annos decem et menses octo ipsum excommunicavit et urbem romanam cum ytalia ab eius imperio recedere fecit. Et sic nos christiani debemus venerari ymagines christi et sanctorum. Unde dicitur in decretis ymagines sanctorum et picture sunt laycorum libri et scripture. de consecratione dist. 3. venerabiles etc. Item quando vero homines obligentur orare et deo deprecari patet secundum theologos quia sit. Et ratio est oratio est actus virtutis quod multum est meritorius quando fit in caritate et tunc impetrat bona spiritualia et eterna. Et quilibet tenetur sibi providere de salute anime et procurare bona spiritualia in presenti ergo quilibet tenetur orare ut sic de peccatis suis satisfaciat. Sed tamen clerici et sacerdotes et religiosi in sacris constituti strictius obligantur ad orationem quia pro officio datur beneficium. Unde tales tenentur ex precepto dicere horas canonicas et orare pro benefactoribus qui alias peccarent mortaliter obmittentes horas canonicas sine magna causa et racionabili. Item quando vero debemus pro nobis petere an etiam pro aliis orare. Respondeo secundum thomam 2a 2e q. 83 ar. 7 quod sicut predictum est et in hoc opus spiritualis misericordie orare pro aliis et eis petere gratiam a deo in presenti et gloriam in futuro. Unde Crisostomus super matheum. Pro se orare necessitas cogit, pro aliis autem caritas fraternitatis hortatur. Dulcior autem est ante deum oratio non quam necessitas transmittit sed quam caritas fraternitatis commendat. Unde dicit ambrosius in exameron. Si pro te rogas tantum pro te solus rogabis. Si autem pro omnibus rogas omnes pro te rogabunt. Ultimo non dubium ex illo operario bono et iusto qui orant pro domino imperio pro salute divino et impetrant sibi a deo veniam peccatorum veram et salutem hec que in perpetuum. Q. 3.

Videntibus illis elevatus est et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Act. 1. Festivitas hodierna est sera omnium festivitatum domini nostri ihesu christi que de eo celebrantur in anno et nostre vere salutis perfectio quia ipse hoc incarnatus est et 33 annis laboravit circumeundo predicando miracula faciendo etc. Deinde passus est ut nobis celum aperiret quod totum plene perfectum est quando videntibus illis elevatus est et nubes suscepit. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo historia domini ascensionis secundum scripturas auctenticas et quare non statim ascendit. 2o qualiter celum ascendit. 3o quare celum corporaliter descendit. Circa primum ad primum sciendum Et christus hodie septem feriis apparuit discipulis suis in civitate iherusalem Comedit cum eis in signum amoris Quia solent amici discessuri ab invicem simul convivari simul gaudere Unde sicut pro suis recessurus ad passionem dilectionem eis revelavit et eorum pedes lavit Sic hodie recessurus est a discipulis suis ascensurus celum ascendit //2o misit discipulos ad predicandum et baptizandum in universum mundum dicens Ite in orbem universum Quia quod tu hoc facere debebant necessarium est et erat ut per spiritum sanctum illuminarentur et confirmarentur Unde dicitur Et convescens precepit eis ab iherosolimis Quia christus dixit hic apostolis ut habetur Io 14 paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia scilicet necessaria vobis et aliis ad salutem 2

//Tertio duxit eos foras extra civitatem in montem oliveti qui est in itinere versus bethaniam Et secundum magistrum in hystoria recedit secundum horam comunisse civitate Et sic sequitur beata virgo maria mater domini nostri ihesu christi et apostoli et alii digni huius ascensionis videre Hec processio fuit pulcerrima devotissima et sanctissima ubi christus verus deus et homo precedit Maria cum devotis mulieribus sequitur apostoli et alii 72 discipuli christi cum illis In signum huius in principio ecclesie quinta feria fuit dies sollemnis et processio fiebat in memoriam ascensionis ihesu christi Et propter multitudinem festorum translata est in diem dominicam 3

//Quarto secundum ambrosium christus 4 singulis discipulis singulis partis dedit Manus elevavit in celum et oculos suos Quia propter consuetudo fuit hic benedicturus aliquid oculos levare in celum Et benedicens eis benedixit eos bona optando promittendo et dando Unde hoc venit quod episcopi in fine misse benedictionem dant et etiam sacerdotes quam quilibet christianus devote debet suscipere quia delet peccata venialia

2 //Quinto cepit christus paulatim ascendere C Et tunc adorabant eum omnes discipuli flentes et tristes et gaudentes de tanta gloria domini nostri ihesu christi Unde tradunt hystorie romanorum quod nullus romanorum qui venit contra hostes romanorum pro aliqua pugna contenda non poterat intrare romam nisi obtineret victoriam de inimicis Unde qui non habebant conflictum et victoriam in precium erant 3 Qui vero victores erant in signum victorie scuta rotunda que tunc temporis erant in usu et adhuc sunt quod dicuntur tabularia portabant super capita in modum rotunde corone Et quod tunc ne etiam ordinantur quod sancti canonizati qui triumphaverunt de corpore christi proprio sicut mundo diabolo cum illis coronis super factis in modum rotundi scuti depinguntur in capite In cuius plenitudine dicitur in psalmo 7 Domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos Sic in proposito christus venit in pugnam cum corona rotunda et splendida facta ut habetur Io 19 Exivit ergo ihesus et portans coronam et vestem purpuream Tunc in suo 4 introitu cum innumerabili triumpho in

celum deus pater coronauit filio in corona de lapidibus preciosis et aureo. Unde dicitur in psalmo 20: Posuisti in capite eius coronam. Unde Cantica 3: Videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua in die solempnitatis et leticie sue, in qua hoc celebramus. Luce 24: Nonne sic oportuit Christum pati et ita intrare in gloriam suam. Nam caro Christi que in passione fuit passa, in ascensione fuit exaltata ad dexteram dei patris sedere, id est fruendo Christi in diuinitatis gloria quiescere.

6 Sexto propria adorauerunt Christum ascendentem in celum. Et reuersi sunt in Jerusalem cum gaudio magno. Et erant semper in templo laudantes et benedicentes deum. Quinto exposuit Theophilus de decem diebus ante penthecoste. Septima Christi ascensio confortauit discipulos Christi ut minus timerent quam antea. Octauo ascenderet in cenaculum ubi postea cum Christo remanserunt et ibidem in die penthecostes receperunt spiritum sanctum. Actus 2: Et repleuit totam domum ubi erant sedentes.

Item queritur hic: Quare Christus non statim post resurrectionem suam ascendit in celum sed 40 dies tardare voluit? Dicendum quod hoc fecit propter resurrectionis certificationem. Difficilius erat enim probare resurrectionem quam passionem, quia a prima die mortis usque ad 3am diem probari poterat vera passio et mors Christi, sed ad veram resurrectionem probandam plures dies requirebantur, et ideo inter resurrectionem et ascensionem quam inter passionem et resurrectionem. Et hoc est quod dicitur hic: Quibus prebuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis per dies 40 apparens eis et loquens de regno dei. ‖ Ubi sciendum: Luce 24 iste numerus 40 a deo multum est honoratus. Nam 40 septimanas mansit in utero virginis et matris sue. Item 40 diebus ieiunauit. Item 40 mensibus predicauit. Item 40 horas fuit in sepulcro. Item 40 diebus post resurrectionem apparuit apostolis. Item 40 die post resurrectionem ascendit in celum. ‖

Quarto ad 2am partem sciendum quod queritur hic qualiter Christus ascendit. Respondetur quod tribus modis Christus ascendit.

1 ‖ Primo patenter, quia ut dicitur hic: videntibus illis eleuatus est. Et hoc Christus predixit discipulis suis ante passionem suam, ut habetur Johannis 16: Vado ad eum qui me misit et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Glossa: Ita palam ut nemo interrogat quod visui corporali clarebat. Ideo ante illis videntibus ascendere voluit ut ipsi ascensionis Christi testes existerent quod in corpore et anima in celum ascendit. Super hominis dicitur hic: Luce 24 Christus dixit discipulis suis: accipietis virtutem spiritus sancti superuenientis et eritis michi testes in Jerusalem.

2 ‖ Secundo ascendit potenter, quia propria virtute. Ysaie 63: Gradiens in multitudine

3

virtutis sue vnde Joh 3o Nemo as-
cendit in celum nisi qui
de celo descendit filius hominis Et in
ascensione christus ostendit potestatem do-
minationis sue Nam ostendit se domi-
num et corporum in mari scilicet quod am-
bulavit super mare Et pisces eciam ipsius
iussu piscatores multos cepit et state-
ostendit quod plus diligit nos quam
mater propriam puerum Quia ma-
ter dat puero suo proprium lac-
tem ante se totam Sed Christus totum
dedit se nobis in hoc sacramento unde
Crisostomus Multe matres pueros aliis
mulieribus ad nutriendum eos
dant Sed Christus tales ipse et pro-
prio sanguine ipse cibat et potat pueros
omnes nos volens esse sicut se ipsum
// Secundo conservat semper spiritualem
sicut cibus corporalis corporalem Sed in
aliquis hoc non comedit alie-
natur semper unde versus Tercio con-
servat vitam et semper [illegible] ante
qui dum abstinuerint a cibo illo
spirituali vel ipsum non comederint vel
non digne receperint semper spiritualem
perdiderunt unde factus est demens
[illegible] quis omnibus semper credet.

peccatores et mores Et eciam sine
capite et salsamentis sic in medio
venit et cum Unde legitur [illegible]
qui serpentem [illegible] in fovea fe-
tidissima et profundissima unde
proverbiorum 23 profunda fovea mulier
glo. inferni Unde rea et odium
sufferent semper unde psalmus 36 Gla-
dius eorum intret in corda eorum glo. vo-
lentes comedere comedunt semper in
mente .i. in anima Unde [illegible] quod se
hic exaltat in futuro humiliabitur
Unde conjunctus a vero conjuncta-
cione qui est Christus omnis [illegible] et
sicut palmites abscisus a vite et
sicut membrum diminutum a corpore // Ter-
cio cibus corporalis decorat
corpus Sed ille cibus scilicet altaris sa-
cramentum eukaristie decorat animam hominis
in templo facit animam pulcriorem
quia cibus corporalis corpus Tercia
facit eam similem filio dei de cuius pul-
critudine dicitur psalmus 44 Speciosus forma
pre filiis hominum unde Sap. 7 Candor
est lucis eterne et speculum sine ma-
cula homo facit ipsa tam pulcram
quod eam deus pre concupiscit unde psalmus
44 Et concupiscet rex decorem
tuum etc. Racio est Tercia cibus ille
tante virtutis est quod comedentem
mutat in se hoc est in filium dei qui
est pulcherrimus unde dictum est beato
augustino Nec tu me mutabis in te
sicut cibum carnis tue sed tu mutaberis in
me // Ubi notandum quod non est mirandum
summo quia cibi et comedentis [illegible]
Et sic cibus unitus non potest sine lesione
separari a comedente Et quod verbe-
raret comedentem et cibum sibi unitum
verberaret et comedentem Sic enim

est de corpore et iurantem eum in sacro
Math. 25 Quod uni ex minimis meis
fecistis mihi fecistis. Ergo honorandum
dicitur omnes christiani qui quotidie
sumunt corpus christi in sacro
altari. Secundo cibus corporalis de-
lectat homines. Unde de quodam nobili
Hercules in ethicis Secundo delectabatur
hec collum gruis et magis delec-
tabatur in cibis. Sic enim iucunda la-
bore et tactus corporis quod delec-
tatio a ... in cibo corporali.
Secundo dicit sacre spirituales in ci-
bo spirituali in quo est delectatio a(?)
ad infinitum. Et ideo homo habebit
gratiam et sine peccato. Unde David in ps.
88 Anima mea ... in deo meo.
Unde Sap. 16 panem de celo prestitis-
ti eis omne delectamentum in se haben-
tem. Unde Ber... Corpus et sanguis
christi et prebet delicias ... glo.
i. bonis se ... entibus. Unde Iero. Deus
caritas est quod dominus et qui manet
in caritate in deo manet quod se-
cundus et deus in eo quod ...
Tibi si delectatur fidelis dei i. corpus no-
bis ... contemplari ... delectari
esse in corpore vel in ipso sacro al-
tari ... ipse sit melius nobis in sa- 1
cramentum. Prov. 8 Delicie mee esse cum
filiis hominum. Unde in ps. 33 Gusta-
te et videte quoniam suavis est dominus
... glo. gustate corpus 2
et sanguinem christi et sic videte et
intelligite quod suavis est dominus
i. dulcis cibus qui est vita sumente
ipsum digne. Unde Joh. 6 Qui man-
ducat me et ipse vivet propter me. Ter- 3
tio quia sicut cibus corporalis sanat
et famem expellit. Sic et sacramentum

aliud sanat et sanat spiritualiter
et expellit famem peccati et vere
pascit, et glose ... Unde ps. 21
Edent pauperes et saturabuntur etc.
glo. pauperes et ... simili
... ostenditur Jo. 4
Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei
non sitiet amplius. Unde Crisostomus Nolite
super terra quod ... qui domini dei in
veritate gustaverit. Quartum ad
... Quarto hoc venerabile sacramentum
dei ... in missa offertur pro omnibus
christifidelibus in mundo et etiam pro
animabus in purgatorio. Quamvis sacerdos
celebrans missam non solum pro se
sed pro omnibus offert corpus domini nostri
Jhesu christi quod sacrificium ipse pre-
... acceptat. Insuper ipsis
angelis est ... gratum et
acceptum qui presentes sunt quod offertur.
Unde Ambrosius super Lucam Non dubi-
tes assistere angelos quando assistit christus
in altari scilicet quando ymmolatur. Ergo
quilibet christianus cum angelis libe-
ter et devote debet interesse et
audire missam. Quia una missa
in vita audita plus valet quam
mille post mortem. Missa
enim in vita audita prodest valet
ad tria. Primo ad dimissionem culpe.
Unde Gregorius Missa devote cantata
... peccata di-
mittit. Secundo ad diminutionem pene.
Unde Bede O quam ... et ... domini
de dei ... celebrantur
... que ibi ... duo bo-
na opera ... scilicet ... peccatoris
... a penis liberatio. Ter-
tio valet ad augmentum gratie.
Unde Aug. Mat. ... et omnis

aque non habundant tot guttis
nec sol nec luna tot splendoribus
nec omnia sidera tot radijs nec
omnes mundi arbores tot frondibus
nec terra / tot athomis quot
habundat altare karismatibus

De diebus Quando deuote dicit an-
dree missam Recitat joh nyder et
pro quinque // Primo quia dz mimmisad
signum lex contra peccatum Respondet quo
ad radicem Justicia enim iuste pt
exigi vbi mat xij Si offeres mu-
nus tuum ad altare et recorda-
tus fueris Item mat 6 Si non dimise-
ritis fratribus vestris nec pater ve-
ster dimittet vobis peccata vestra // Secundo
dz quis vbicumque sit in ecclesia vel
pro sua si non potest cum sacerdote con-
fessionem confiteri et dicere ad deum pro
se orare Quia tunc absolutus sa-
cerdotis qui est pro omnibus et eius
oracio iuuat vt peccata sua facilius
dimittantur Vnde Ja. v Confitemini
alterutrum peccata vestra et orate pro
inuicem vt saluemini // Tercio dz deuotius
specialiter orare pro causis quas inten-
dit ecclesie et pro se et pro ipsis suis sta-
tu et oportunitate sua Quia sic
audiens missam se dz sacerdoti ora-
ti conformare Et inter initium
quasi loco vulgi respondet Amen oracio-
nibus et collectis dicit // Quando
vero racione passionis pro
modulo suo meditando et gracias
agendo Quia ad ipsum dicit pp
elevacionem vt et nos memores
sue passionis sumus Et cum sacerdos
brachia sua expandit in modo crucis
dicit Ad eandem passionem monet vestis
tunica quam induenda sunt a sacer-
dote celebranti Nam amictus capitis

significat velamen quo oculi sunt
velatus quod dictum est ei prophetiza
nobis christe Alba vero corporis te-
gens significat vestimentum quo herodes
christum illusit quod ipsum misso ad
pylatum remisit Cingulum significat
flagellum quo flagellauit pyla-
tus christum Manipulus significat funem
quo ligatus fuit a iudeis Stola
representat ligamen quo ligatus fuit
ad columpnam Casula significat
vestimentum quo induerunt christum
Et notandum Quod si sacerdos aliquas
hore vestimentorum obmittit non est
ideo rumor quia peccat mortaliter sed
sicut dimittit Similiter et
nullo dimittit Quia omnes crucis
et manuum leuacio sacerdotis ce-
lebrantis passionis christi sunt monu-
menta // Quando vero sacerdos volt com-
municare sumere dz intimius orare
deum vt eum preparet sanare pro gr-
acione spiritu effectum et fructum eius Sed
possumus hic querere Cur sic steri-
les auditores misse vel imperfecte
Respondet idem quod multi sunt defectuosi
Quidam enim fidem non actuat Alij
propter pulchras mulieres et alios
videre student et ea respiciunt Alij
mente tractant sicut in curia tem-
poralia Alij ore loquuntur sed cor
longe a deo est rumor in ventre
Alij cito sine causa recedunt Quidam
autem tarde veniunt Alij tempore
meliori vel statim post elevacionem
recedunt tristes Sed quibus christus
cottidie et vbique et quinque pro
liberacione et deuote dz audire mis-
sam et maiorem in diebus dominicis et
festiuis Quia dicit secundum regulas de
aquino Et in qualibus missis in-
ueniunt omnes fructus et vtili-

tas quod corpus oparcum est in die parasceves in cruce vel morte sua. Et eandem gratiam et fructum quibus devotus qui digne celebrat percipit. Tercium attendere deberemus desiderium sanctorum antiquorum patrum et prophetarum quod habuerunt de adventu Christi in carnem. Nam si in Iherusalem ultra mare vel ultra centum miliaria celebrata fuisset tamen missa sic ad celebrare libenter illuc ivissent quia missas suas tantum sanguine taurorum et vitulorum celebraverunt et habuerunt maiorem devotionem et reverentiam in hiis que prefigurabant corpus futurum quam habemus nos hodie in presentia domini nostri Ihesu Christi qui veraciter est in sacro altaris. Tercia secundum sanctum Thomam prima parte ... Sub utraque specie scilicet panis et vini est totus Christus secundum corpus et animam et deitate. Unde Bernhardus: Ardore desiderii antiquorum considerans confundor et lacrimas tenere non possum. Tercia quod plus attendit futura promisso quam nos exhibitis presentibus operibus. Alius nostri cognitum de virtute misse. Sacerdos qui celebrat pro captivo et vincula eius solvebantur. Require in promptuario ...

In hoc apparuit caritas dei in nobis quod filium suum unigenitum misit deus in mundum ut vivamus per eum. I Io. 4. Cum secundum Augustinum Nil predicatur dulcius nil auditur dulcius quam de caritate Deo in hodierna epistola apostolus invitat nos ad diligendum deum et proximum sicut clare patet in textu illius epistole. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de caritate dei et quod sit diligendus. Secundo quod caritas dei monet nos ad diligendum deum et ad bona opera. Tercio signum caritatis et eius signa adiunctum ad proximum sustinendum. Circa primum preciosissima et utilissima in hoc mundo est caritas. Tercia secundum apostolum Paulum: Caritas non perdetur que in morte non amittitur. Ille enim qui diligit deum in presenti quem eum non videt multo amplius diliget in futuro quando eum videbit facie ad faciem. Item qui caritatem habet deum amittere non potest. Unde dicit Iohannes: Deus caritas est et qui manet in caritate in deo manet. Nam qui caritatem habet est quasi in sinu dei positus. Unde de illis sanctus: Noli timere quando ibi pareat ad salutem valebit. Unde apostolus: Omnia cooperantur diligentibus deum. Nam ipsum patrem omnipotentem diligere debemus quia ipse pater diligit nos et misit filium suum in mundum ut vivamus per ipsum. Unde Wilhelmus Lugdunensis: Non sufficiebat deo pro acquirendo servum suum mittere sed filium suum misit unigenitum. Et hoc in mundum qui totus in maligno positus est et plenus est penuria et miseria. Et ad hoc misit eum in mundum ut venditos redimeret et captivos vivificaret. Unde Bernhardus admirans hoc signum dilectionis ait: Domine quid est homo quia innotuisti ei aut filius hominis quia reputas eum. Demum misisti ei unigenitum. Ad opera enim nostra nostre salutis enim illos homines sponsus fuit nos mittere in misericordiam. Iste filius unigenitus quem deus pater misit in mundum nos redimendo

32

84

plus diligit quam mater puerum
suum et si mater quidem obliviscitur numquid
Item mater lavat puerum in aqua
sed Christus nos lavit in sanguine
suo. Item mater cibat puerum suum
lacte suo. Sed Christus cibat
nos suo corpore et sanguine suo. Et
diligit nos plusquam vitam suam.
Joh. 15 Maiorem caritatem nemo
habet etc. Unde quod hic quod deus
sit diligendus. [illegible] Joh. [illegible]
Causa deus est diligendus sine mo-
do. Bernh. Diligendi deum est sine mo-
do diligere. In ceteris namque virtutibus
nimietas est viciosa, secus in amo-
re dei. Unde nimia fides facit credu-
litatem, sed levitatem cordis. Unde eccl.
19 Qui cito credit levis est corde.
Nimia spes facit presumptionem. Psalmus
Spes impiorum peribit. Nimia mi-
sericordia facit fatuitatem. Eccl. 30
Miserere anime tue placens deo et
contine et congrega cor tuum in
sanctitate eius. Nimia iusticia facit
crudelitatem. Unde Cassiod. Nimia
iusticia non est iusticia sed fatui-
tas. Sicut etiam iusticia sine misericordia non
est iusticia sed crudelitas. Nimia pru-
dencia facit curiositatem. Ad Ro. 12
Non plus sapere quam oportet sapere sed
sapere ad sobrietatem. Nimia absti-
nencia causat debilitatem et abbre-
viat vitam. Unde Hugo. Qui carnem
suam plusquam oportet affligit
civem suum occidit. Qui plus quam opor-
tet alimentis confert hostem suum
nutrit. Caro ergo macerenda est
caro ut serviat et sic domanda
ut non superbiat. Caritas non
potest esse nimia quia tenemur deum di-
ligere ex toto corde ex tota anima et
omnibus viribus. Et quanto plus
quis hic deum diligit tanto

clarius eum in celo videbit. Tercium
de vertice illa cuius tre prima
amor ipsum est. Require in sompte C
li. Tenemur ad 2m secundum quia
deus non solum hominem amat sed
vult eciam a deo amari. De quo
Augustinus Domine quid sum ego ut me ama-
re te iubeas et nisi hoc faciam iras-
ceris michi. Immo quod plus est deus
rogat hominem mediantibus omnibus
creaturis ut eum amet. Augustinus
Domine celum et terra mare et omnia
que in eis sunt dicunt michi undique ut
amem te. Unde Hugo libro 2 de ar-
cha Noe. Omnis creatura loquitur nobis
tribus modis. Primo dicit vox accipe
2a redde 3a fuge. Hoc est dicere acci-
pe beneficium, redde debitum, fuge sup-
plicium. Prima vox est famulantis
2a est ammonentis, 3a comminantis.
Vox famulantis sic celum et ce-
lementa. Unde celum dicit. Ego ministro
tibi lucem in die ut vigiles, te-
nebras in nocte ut pauses. Aer di-
cit. Avium tibi prebeo plurima et omne
genus avium ad tuum obsequium mit-
to. Aqua dicit potum tibi prebeo
sordes purgo, ardencia rigo et
[illegible] genera piscium ad cibum tuum
ego ministro. Terra dicit Ego por-
te porto [illegible] pac[illegible] [illegible] mole-
[illegible] eas [illegible] fructum oblecto. Unde
etc. Et hoc dicit Hugo in libro
de arra anime. O homo respice mun-
dum istum omnis natura creatura ad hunc
finem [illegible] suum dirigit ut tuis u-
tilitatibus deserviat tuis oblecta-
mentis secundum distinctionem temporum ac-
cedat. Celum tibi deservit per suum
motum luminaria celi per suum influxum.
Sol lucet tibi die luna il-
luminat tibi nocte, ignis temperat
tibi aerem frigiditate. Alet tibi

mundat ignis metalla caliditate
aqua mundat ubi fetorem et mun-
dat ubi pes ardorem et scindat
terre rigorem. Terra vero te sus-
tentat sua soliditate recreat sua
fecunditate delectat sua amenitate.
Ecce quid omnis creatura monstrat tibi di-
git ut tuis utilitatibus deserviat.
Item vero admonitus est mundus quod
dicit vide o homo quantum amavit te
qui me fecit propter te ut similiter ames illum
qui fecit me propter te et te propter se ipsum
ut. Et sentiens beneficium redde de-
bitum quod exigit a te. Item
B causa quare deus a nobis amari
velit est liberalitas sua ut scilicet
ostendat ordinem glorificandi nos
unde in psalmo 138 Nimis honorificati
sunt amici tui deus. Item vero commi-
nantur malis et sicut ipsa quatuor
1 elementa. Primo ignis dicit peccatori ob-
stinato nolenti penitere a me combu-
reris. Aqua a me submergeris. Ter-
ra dicit a me absorberis. Infer-
nus dicit a me deglucieris. Item
est hic diligenter considerandum
quod corpus et membra corporis instru-
unt hominem ut sciat homo qualiter
se debeat habere ut per hoc possit deo
placere et salvus fieri. Et primo pe-
C des nos instruunt in hoc quod solum
planta terram tangit quod amor no-
ster non debet tangere terram nisi quantum ad
necessitatem ut scilicet tantum suppleat no-
bis de illis quantum nobis necessarium
est ad sustentacionem .i. ad victum. Ad Thi. 6 Ha-
bentes alimenta et quibus tegamur
his contenti simus. Unde prov. 30 Di-
vicias aut paupertates ne dederis
michi sed tantum victui meo tribue ne-
2 cessaria. Secundo manus instruunt
in hoc quod frequenti lotione

indiget ad sui mundiciam. Ita
singulis diebus oportet eas lava-
ri. Item quod ostendunt nobis quod
frequenti contricione cogitacio-
nes verba et opera mea lavare
debemus si volumus esse ea munda.
Et specialiter de peccato contriti debemus
antequam ponamus nos ad lectum. Imi-
temur David ps 6 Lavabo per sin-
gulas noctes lectum meum. Et
ut statim deus ignoscat homi-
ni peccata sua. Unde Ezech. 18 In quacumque
hora peccator ingemuerit omnium ini-
quitatum eius non recordabor amplius. Et
debemus deo offerre omnia opera nostra
et labores nostros. Unde Gregorius
In moralibus. Omne bonum quod agimus
per intencionem semper ad celestia le-
vemus. Unde eccl. Hubertus. Toti
die male pungentes dicta sed quod
factum est offeratis summo deo
quotannis cogitacionibus locucionibus
et operacionibus illis diebus quibus
nobis ipsis[illegible] tenemur
3 Tercio os nos instruit in hoc quod D
unum os habemus et duos oculos et
duas aures monemur ad moderan-
dum in verbis. Unde Seneca. Natura
duas aures et unum os dedit
quod plus audires quam loqueris. Unde
prov. 10 Qui moderatur labia sua
prudentissimus est. In hoc autem quod
os hominis erectum est. Nullum enim ani-
mal preter hominem sic erectum ita primo
os homo respicit homo monemur ad re-
patriandum ubi et patria. Unde Hugo de
sancto victore. Recta enim vita oc-
culit omnia libidine contingit vir-
tute nutrit animum roborat
4 mentem ad celestia elevat. Quarto
lingua nos instruit quod sicut in hu-
mido est dotem quod de facili la

bit. Sapiens enim tradit hoc quod quare sit humida quam quod sit sicca. Unde Eccl. 14 Beatus vir qui non est lapsus ex ore suo. In hoc quod lingua habet duas clausuras ostenditur quod valde notanda est nisi refrenetur. Omnia leones et alia animalia fortia solent includi propter eorum nocumentum. Sic et lingua inclusa est. Unde Jacobi 3o Omnis natura bestiarum volucrum et serpentum et ceterorum animalium domantur et domita sunt a natura humana, linguam autem nullus hominum domare potest. Unde Katho Virtutem primam puto compescere linguam.

5 || Quinto aures nos instruunt in hoc quod sic apte ostendunt nobis quod quilibet homo debet esse paratior ad audiendum quam ad loquendum. Jacobi 1o Sit omnis homo velox ad audiendum tardus autem ad loquendum. In hoc autem quod aures hominis sic videntur quam aures bestiarum ostenditur nobis quod non debemus aures nostras accomodare indifferenter omnibus sermonibus sive malis sive bonis sed solummodo bonis et edificatoriis. Unde Eccl. 28 Sepe aures tuas spinis et noli audire linguam nequam. Unde etiam apostolus prima Cor. 15 Corrumpunt bonos mores colloquia prava.

6 || Sexto oculi nos instruunt in hoc quod sunt duo unus dexter alius sinister docentes quod oculum cordis nostri debeamus habere non solum ad prosperitatem que per dextram designatur sed etiam ad adversitatem que per sinistram intelligitur. Quia in adversitate est sperare prosperitatem [illegible] ne absorbeatur a pusillanimitate.

Quia vero in prosperitate timendum est ad necessitatem ne in superbiam elevetur. Unde Eccl. 18o In die bonorum ne sis immemor malorum. Et in die malorum ne immemor sis bonorum. Hoc enim non faciebat ille dives de quo habetur Luce 12 quod dixit anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos requiesce comede bibe epulare. Cui dicitur Stulte hac nocte repetent animam tuam.

7 || Septimo instruimur in hoc quod homo habet unum caput duas manus duos pedes. Quia in corpore uniuscuiusque congregationis debet esse unus prelatus principalis alias ibi pax non erit sicut hoc fit in domibus religiosorum spiritualium sicut etiam in domibus personarum secularium.

8 || Octavo rectitudo corporis humani monet nos ad rectitudinem animi. Unde Aug. super Gen. Omnium animalium corpora sicut in aquis sicut in terris inclinata sunt ad terram et non sunt erecta sicut hominis corpus quo significatum est quod mens nostra in eterna erecta esse debeat. Unde et Bernh. [illegible] et sepe quod sit super terram curvatas animas cum est meditari ac desiderare que sursum sunt rectitudo.

9 Nono amor membrorum ad invicem in corpore uno ostendit nobis amorem quem fideles debent habere ad invicem. De quo amore dicit Christus Joh. 15 Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut ego dilexi vos. Unde etiam I Cor. 12 Si quid patitur unum membrum compatiuntur omnia membra. Et amorem ipsi debemus factis ostendere. Unde 139 Volt enim deus unumquemque alterius angustias ut proprias sentire esset. Et quod sibi in tali tribulatione si esset subveniri cuperet ita ipse alteri propter deum subvenire no

postponat // Ornatum ad 3am par-
tem sermonis. Que tria sunt signa
per que quis cognoscere potest an deum
1 diligat // Primum est si frequenter
cogitat de deo non solum etiam libenter au-
dit loqui de deo. Et potissime sunt
ea in quibus se dilecto posse com-
placere estimat. Vnde Gregorius: Pro-
batio dilectionis exhibitio est operis
2 // Secundum signum est observancia pre-
ceptorum dei. Vnde Joh. 14: Qui habet
mandata mea et servat ea ille est
qui diligit me. Vnde Aug.: Si vere
deum diligimus, inprimis mandata
eius servamus. Non plus nec minus.
Idem intelligendum est de devo-
tis sponsionibus que obligant equaliter
3 ut precepta // Tertium signum est di-
ligere proximum sicut se ipsum. Vnde sic dici-
tur in epistola presenti: Qui non diligit
fratrem suum quem videt, deum quem non
videt quomodo potest diligere. Et hoc man-
datum habemus a deo ut qui dili-
git deum diligat et fratrem suum.
Et ratio huius est quia dilectio dei
includit in se dilectionem proximi.
Vnde Aug.: Omnis homo in quantum
homo diligendus est propter deum, deus
autem propter se ipsum. Vnde etiam Hubertus
super Regulam beati Augustini: Solet se
deus habere ad hominem sicut ipse se
habet ad fratrem suum.

Nolite mirari si odit vos
mundus. i Joh. 3. In evangelio
hodierno agitur de cena quam
dicitur homo quidam fecit cenam mag-
nam etc. Ad quam cenam i. vitam eter-
nam pervenitur per caritatem. Ideo apostolus
Joh. in epistola precedenti dicte invi-
tavit nos ad dilectionem dei et
etiam dilectionem proximi dicens: No-
lite mirari si odit vos mundus,
ergo dilectionem habete nec
propter mundi odium nec propter servicia di-
mittite, quia temptationibus probatur
sicut aurum in igne. Ergo dicit: No-
lite mirari. Vnde in presenti sermone
tria sunt dicenda que tanguntur in
epistola hodierna // Primo de odio mun-
di // Secundo de invidia fratrum // Tertio
de subvencione pauperum in uno
exemplo // Ornatum ad primum ser- G
monem. Quare boni non debent mira-
ri si mundus eos odiat. Racio huius
est quia ipsum dominum nostrum Jhesum Christum
odivit. Joh. 15: Si mundus vos o-
dit scitote quia priorem me etc. Vnde
Augustinus: Magna consolatio est mem-
bris quia capite. Item Mat. 10: Non est
discipulus super magistrum et servus
maior domino suo. Item Jo. 15: Si
me persecuti sunt et vos persequentur.
Et quod quamvis mundus sine causa
Christum odio habuit. Vnde in ps. 118:
Odio habuerunt me gratis, immo quod
plus est odio habuerunt eum unde
amare debuerunt. Vnde in ps. 108:
posuerunt adversum me mala pro
bonis et odium pro dilectione mea. Sic
adhuc multi sunt qui prelatos
et bonos odiunt qui veritatem predicant
et eos pro excessibus suis corrigunt,
Vnde eos potius amare deberent.
Et tales similes sunt iudeis qui Christum
gratis odio habuerunt et sibi mala
pro bonis reddiderunt. De quibus dicitur
in ps. 68: Deleantur de libro viven-
tium et cum iustis non scribantur. Vnde
sequitur quidem que sunt cause quare mali
odiunt bonos. Respondetur quod hoc fit duabus
de causis // Prima causa dissimilitudo.
Quia similitudo est causa amicitie et
amoris. Sic dissimilitudo et diffor-
mitas est causa odii. Ita videmus

quod illi qui sunt similes magis in facie et complexione vel etiam in fisonomia, nam secundum magis afficiuntur ad se invicem et magis se diligunt mutuo. Et illa est causa quare inter duos ludentes quos aliquis nunquam antea vidit // Primo appetit plus afficitur ad unum quam ad aliud. Et potius vult quod ille vincat quam alter solo quodam similitudo et causa favoris et dilectionis. Unde Eccl. 13 Omne animal diligit simile sibi. // 2o quod homines huius mundi qui mali sunt semper bonos odio habent. Unde non est mirum si alios odio habeant. Eccl. 14 Qui sibi nequam est cui bonus erit. Et quare mali semper bonos odio habent quia qui hoc quod amat vitia sed qui amat vitium odit animam suam. Nunc ille odit alium qui amat malum eius. Ergo odit seipsum qui amat vitium suum propter eum quod est contra deum et contra salutem suam. Ipsi propter mali odiunt meliores aliis quos habent. Unde Mathei 10 Inimici hominis domestici eius. Nunc odit ypocrita eius alios quos magis amare debent scilicet uxore filios dum eos adulat faciendo eos pro suo consentire. Unde etiam qui pueros suos seducunt in superbia et in deliciis non parant eternis gaudiis // 3a causa est. Omnia bona sunt bonis operibus et virtutibus testimonium perhibent et malis hominibus huius mundi quod opera eorum mala sunt. Jo 7 Non potest mundus odisse vos, me autem odit quia ego testimonium perhibeo de illo quod opera eius mala sunt. Opera enim comparasti scilicet humilitas ipsius ostendit superbiam mundi esse detestabilem et ipsis virtutibus oppositis. Unde sicut nunc bonorum hominum opera et contraria ostendunt opera mundi i. malorum hominum esse prava. Et testificantur contra eos fortiter licet taceant verbis largitas bonorum quod ad pauperes testificatur contra pravitatem divitum humilitas contra superbiam penitentia contra impenitentiam veritas contra mendacium mansuetudo contra iracundiam dilectio contra invidiam // Item notandum quod licet mali nos odio habeant tamen eos diligere debemus propter tria // Primo propter deum quia quamvis iam non sunt in gratia nec sunt filii dei tamen adhuc in tali statu sunt quod possunt converti ad dominum et fieri filii dei nostri et salvatoris // Secundo propter nosmetipsos quia purgant nos a pravitate nostra et augmentant nobis gaudia eterna // Tercio propter ipsos quia miseri sunt et magis indigent. Unde Deut. 23 Non abhominaberis ydumeum i. peccatorem quia frater tuus est // Item quod peccatum sit velle hominibus complacere. Dicit sanctus Thomas Secunda secunde q. 114 Velle hominibus complacere propter concitare mutuam amicitiam vel eos quasi spiritualiter proficere possit laudabile est. Ad Corinthios 10 Ego per omnia omnibus placeo. Sed propter inanem gloriam vel propter lucrum vel etiam in malis sibi esset peccatum. Unde psalmus 52 Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent confusi sunt quoniam deus sprevit eos. Ad Gal. 1 Si adhuc mundo placerem servus christi non essem // Tenendum ad 2am partem dicitur huius omnis qui odit fratrem suum homicida est scilicet principaliter. Psalmus 36 Gladius eorum intret in corda eorum. Unde Augustinus Quis alii nocere desiderat peius est illi quam se gladio transverberat ut vitam alterius fundat. Ergo odium in corde est sicut vermis in ligno, rubigo in ferro, tinea in vestimento. Nam sicut ista cadunt primum subiectum et consumunt plus quam alia, sic invidia cadit invidum. Et plus invidus nocet sibi quam aliis. Unde hic queritur utrum invidia sit peccatum mortale. Respondetur quod triplex est invidia.

C

1 Prima est que provenit ex natura sive primis motibus naturalis invidie, et sic non est peccatum mortale cum nullomodo sit in nostra potestate. Unde Anselmus: In desideriis naturalibus peccant pauci. Ergo primis talibus motibus sic naturaliter insurgentibus immediate et sine mora resistendum est, tunc non nocet. Unde Gregorius: Temptatio cum non consentitur non est peccatum sed est materia exercendi virtutes.

2 Secunda invidia est venialis, ut cum quis tristatur de fortuna vel felicitate proximi cum non cum plena deliberatione. Et est solummodo peccatum. Hoc patet ex eo quod cum ratione plena favet et optat sibi omne bonum.

3 Tertia invidia est cum dolet de bono alterius ex odio deliberato, ut quando cum cupit in talibus bonis sive in copia sive in rebus temporalibus sive in favore hominum. Et sic est peccatum mortale. Et in hoc consistit proprie invidia, et illud est semper malum quod dolet de quo gaudendum est, scilicet de bono proximi, quod est contra caritatem proximi, quia cum diligo proximum tunc faveo sibi omne bonum. Unde Anselmus: Diligere est alicui bonum velle. Unde sciendum quod invidia facit hominem penitus infelicem. Hoc sic probatur. Quia invidus de bonis aliorum affligitur et de melioratione proximorum deterioratur, et de sanitate aliorum infirmatur, de vita moritur. Ipse enim amittere se putat quicquid alii lucrantur. Et sicut deum diligentibus omnia cooperantur in bonum, sic econverso infelici et invido omnia cooperantur in malum que audit vel que videt. Quia iste bona vertuntur et mala tunc letantur, et sic semper moritur. Unde Seneca: Utinam invidi oculos haberent in omnibus civitatibus ut de omnibus felicitatibus torquerentur et torquerentur. Nam quanta felicitas, tanta gaudia, tanta invidorum sunt tormenta.

M

Item notandum quod Albertus in tractatu de virtutibus dicit: Argumenta veri sine caritatis ad proximum sunt vere condolere ei de suo malo quando aliquibus adversitate, et econverso congaudere de omni prosperitate que deus largiatur sibi. Item argumenta verissima odii sunt quando aliquis in contumacia cordis de proximo cogitat, quod cum tristitia ipsum videt, quod cum amaritudine animi detrahit vel etiam audit loqui. Item cum de bono illius impeditur dolet et [illegible] prevenit. Sed miserabile est quod cum aliquis sibi de ficta caritate applaudet qui tamen signa odii in corde gerit. Multi autem videntur sufficere si impendunt proximis salutes, quia dare nec auferre sunt quam bona optarent iudeis et paganis. Nec etiam mercedes esse volunt quod Christus dominus animam suam posuit pro inimicis. In hoc debet nobis constare ut non tantum res temporales sed etiam animas ponere debemus tempore necessitatis pro fratribus. Quia si diligamus magis tenemur ad hoc tenere. Johannes: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Quantum ad tertium sciendum dicitur hic: Ternum habueris sub

stancia huius mundi et vidue sca-
pum etc. Quod illa vidua pro alimentis e-
pistole docet nos apostolus sic: Opera
caritatis exhibere propriis indigen-
tibus. Unde Wilhelmus Lugdunensis dicit c. 4
dumcioribus invenitur pauperes quam
fratres suos si indigeant dono vel mu-
nere corporis quam iudei iudeos. Nullus
enim iudeus invenitur publice me-
dicans quia alii iudei subvenirent
sibi. Sed inter christianos multi sunt
mendici penuriam sustinentes et
pauci sunt qui ipsis subveniant miseri-
corditer. Ex quibus verbis patet quod pau-
ci sunt qui habent veram caritatem dei
patris in se manentem. Ex quo patet quod tempore
patet quod pauci sunt qui salvantur. Unde
hic queritur utrum dare elemosinam sit in
precepto. Respondeo secundum Thomam 2a 2e q. 32
quod obmittentes aut hoc eternaliter
puniuntur ut patet Matth. 25: Esuri-
vi et non dedistis michi manducare
etc. Ite maledicti in ignem eternum.
Et hoc est intelligendum secundum quod rec-
ta ratio requirit. Secundo quod conside-
randum est aliquid ex parte dantis
scilicet ut illud quod in elemosinas ero-
gandum est non sit ei necessarium
sed superfluum non solum necessarium sibi
ipsi sed etiam necessarium aliorum quorum
cura sibi incumbit. Prima enim oportet
quod unusquisque sibi et suis pro-
videat et tunc de residuo paupe-
ribus subveniat. Ex parte recipientis
quoque requiritur quod necessitatem habeat
alioquin non esset ratio quare ei
elemosina daretur. Unde in decretis
pauperibus non potentibus laborare
subveniendum est di. 82. Et patet quod non
autem necessitas obligat ad preceptum
sed solum illa sine qua quis sustentari
non potest. Et tunc tenetur quod ambo.

sunt dicit: Pasce fame morientem.
Si non pavisti occidisti. Sic igitur da-
re elemosinam de superfluo est preceptum.
Et plus dare elemosinam ei qui est in
extrema necessitate. Alias autem elemosinam
dare est in consilio plus et de quibus
meliori bono datur consilia. Item
circa ea dicta sciendum. Et superflua
de necessitate precepti sunt eroganda
pauperibus ut hoc sit probatur. Et ta-
men licet illa temporalia sint usque in communi
ad proprietatem tamen aliorum etiam sunt
quantum ad usum scilicet illorum qui egere sus-
tentari possunt. Unde Crisostomus super Matth.
Non propter hoc divitias accepisti ut lasci-
vias consumas sed ut elemosinam ex-
pendas. Quid enim habes pauperem sunt sed
-1- tibi commissa sunt etiam si ex laboribus
1.o iustis et hereditate paterna possessor
factus es. Unde etiam Basilius: Cur
tu habundas ille vero mendicat
nisi ut tu bone dispensationis merita
consequaris. Ille bonis pane mercede
decoretur. Famelici panis est quem
2 tu tenes, nudi est quam tu in
conclavi conservas, discalciati
qui penes te marcessit. Ideo tot in-
iurias committis quot dare valeres
et non facis. Item queritur que bona P
temporalia sint superflua. Respondet dicendum 1
quod est quod est ultra necessitatem ho- 1.o
nesti status persone. Primo ad neces-
sitatem persone pertinet illa sola que suf- 1
ficiunt ad sustentandum vitam eius
corporalem secundum complexionem talis
quod variabiliter possit vires corporis
conservare et cetera. 2o ad necessitatem 2.
status pertinent illa divicie quibus
operaciones illi statum convenientes
biliter possit exercere ut ad militem
requiritur arma ad militie equus
3o ad status honestatis etc. 3

quirentur illa bona temporalia quibus
indiget homo ad conservandum opera
sua et virtutem secundum statum suum.
Dicitur enim honestas quod honoris
status homini autem solummodo
et virtuti est debitus. Non igitur
honestas consistit in multa familia
suppellectili vestimentis. Si requiro
ultra illa predicta hoc superfluum est
et pauperum. Si dicit aliquis habeo
pueros et amicos ad quos quibus
subvenire me oportet non tantum mihi.
Respondetur idem. Nam tibi et filiis tuis
providere debes secundum ea illa que dicta
sunt. Si dicit aliquis plures sunt et
desertum timeo propter futuros defectus. Respondetur
idem providere tibi debes quantum suf
ficiat non ad modicum tempus sed ad ho
nestam vitam ducendam non ad diem
vel ad annum nisi esses talis quod annu
ales fructus haberes non reservare
posses quantum tibi sufficeret ad
annum. Si autem quid superest indi
gentibus esset distribuendum. Hic
Unde Augustinus: Omnia bona sua nobis
dedit deus duobus hominibus di
vitibus terrena pauperibus celes
tia. Sed deus volens utrosque sal
vare constituit ut hi divites in sua
hereditate recipiant pauperes et
ut pauperes in sua hereditate col
locent ut utrique per aliud recipi
antur et tollerentur. Hec ille. Item divi
tes qui habent superflua committunt fur
tum non subveniendo pauperibus
ostenditur in decretis ubi dicitur: Non est
minus peccatum auferre habenti quam
denegare indigenti dist. xlii. Et
hic. Item secundum [illegible] qui ele
mosinam accipit [illegible] est attendat
si indigeat alioquin rapinam com
mittit. Unde Ieronimus: Monache si eges
et accipis das potius quam accipis.
Si autem non eges et accipis ra-
pis. Secundum est utrum divitibus
et sanis hominibus [illegible] [illegible]
tiones facere ad elemosinas sit
licitum. Respondetur quod non licet homini [illegible]
quia homo validus fit in preiudicium pau
perum et debilium quibus debetur
elemosina qui laborare
non possunt. Sed ille dives [illegible]
[illegible] per illa via et ille sanus
et fortis homo potest per labores su
os sibi acquirere necessaria per [illegible]
illa. Unde dicitur in decretis: Non li
cet homini sano mendicare de rebus
d. [illegible] [illegible] Item omnes te
nentur eis dare elemosinas [illegible]
sed debent dare pauperibus et in
firmis et debilibus. Item clericis
et religiosis qui fideliter deo ser
viunt in opere [illegible] [illegible]
solvendis in missis legendis in
sermonibus et confessionibus audi
endis. Unde in decretis: Beneficium
magis dandum est eis qui in ec
clesia deo vigilanter serviunt [illegible]
[illegible] non [illegible]. Ultimo
[illegible] quod mali in parti odiunt
et [illegible] bonos et devo
tes. Unde Iohannes Andree refert. Et
fuit quidam sacerdos predicator
[illegible] in curia collega. [illegible]
censis qui per verbum dei quod predicabat
[illegible]. Et per sanctitatem vite que
se [illegible] speculum exhibuerat
multorum animas pro [illegible] lucri
fecit. Et quomodo favorem magnum
a populo acquisivit sed [illegible]
rius qui sui defensores esse de
buerant in curia eadem magnum
odium incurrit. Si enim [illegible] ma
lorum [illegible] vita procedebat. Cum
[illegible] in apto [illegible] [illegible]
non audierent [illegible] eum [illegible]

K

spoliari beneficio et honore In ypocrisi tamen cum nephandissimis mendacium confinxerunt Illa occulte clamans una ad cameram viri sibi privavit Et eo absente de die meretricem unam intromiserunt sibi precio promisso sibi cameram ab intus incenderet cum igne Et pro adiutorio ad strepitus de camera clamaret Et ita per ordinem factum est Illa quando meretrix accensa ita clamavit accurrebat cum secularium multitudo Cumque in camera vidisset meretricem statim bona et fama boni viri denigrata est Et ita credere oportuit de loco innocentis Tandem transactis pluribus diebus principalis actor huius nequitie a deo percussus est graviter Nam incidit infirmitatem extremam Et confessus est totam illam nequiciam quam fecerunt contra illum virum sanctum quod odio magis quam alias non potuerunt ipsum infamare Et confessor illum absolvere noluit nisi convocare faceret ecclesie ut famam illius boni viri publice restitueret Unde coram testibus fide dignis in confessione sua et suorum fassus est quod neque malicia sua et causa et ordinem predictorum propter ne met non damnaretur Cumque innocens iste bonam famam suam recuperavit Ecce deus finaliter non derelinquit suos si eis infamationem fuerit Unde de hoc in psalmo 36 Neque vidi iustum derelictum Unde et apostolus per infamiam et bonam famam oportet nos intrare regnum celorum Quod nobis prestare dignetur qui in unitate

Humiliamini sub potenti manu dei ut vos exaltet in die visitationis .i. pe. 5to In verbis premissis beatus petrus apostolus monet omnes homines ad subiectionem dei dicens humiliamini sub potenti. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda, primo de humilitate hominis 2o de sollicitudine 3o de tempore Tendentes ad primum dicit textus humiliamini Valde namque est homini sub manu dei humiliari primo quia non potest effugere nec evadere manum eius Unde in psalmo Quo ibo a spiritu tuo Job 8 Deus cuius ire resistere nemo potest 2o quia in humilitate inveniet misericordiam dei Sap. 6 Exiguo conceditur misericordia potentes autem potenter tormenta patientur Tertio quia sine humilitate nemo salvatur Math. 18 Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum Et ecce quia cum humilitate nemo condemnabitur Unde Bern. Laudabilis dignitas mirifica illa enim comparatur ista perpetua Ad illam invitamur ad istam cogeris potest enim sine ea scilicet dignitate quis salvari sine humilitate autem nequaquam Unde Gregorius lib. 8 Moral. Qui semet ipsum sponte non humiliat nequaquam hunc sequens gloria exaltat Unde per humilitatem ascendas ad sublimitatem quia hec est via et non alia preter ipsam qui aliter vadit cadit potius quam ascendit Omnia sola est humilitas que exaltat sola que ducit ad vitam Unde et Aug. de verbo do. sermone 29 Vis capere celsitudinem dei cape prius humilitatem dei dignatus humilis esse propter te quia deus dignatus est esse humilis propter te Unde ipse descende ut ascendas humiliate ut exalteris ne exaltatus humilieris Unde hic queritur utrum

1.o superbia sit peccatum mortale. Re° 2a
secundum Thomam 2a 2e q. 162. Superbia
consistit in hoc quod aliquis extol-
lit se supra illud quod est sibi pre-
fixum a divina regula. Contra quod
apostolus dicit 2a Cor. 10 Nos
autem non in immensum gloriamur sed secundum
mensuram quam mensus est nobis
deus. Et ideo dicitur Eccl. 10 Ini-
tium hominis superbie apostatare a deo.
In hoc enim radix superbie conside-
ratur quod homo non subditur deo et
regule ipsius. Hoc ipsum autem
quod est non subici deo habet rationem
peccati mortalis. Unde superbia secundum
genus suum peccatum mortale est. Sed
tamen in aliis peccatis mortalibus que ex
suo genere sunt peccata mortalia. Ut
invidia luxuria accidia. Contingit
aliqui motus qui sunt peccata veni-
alia propter eorum imperfectionem quia scilicet
preveniunt iudicium rationis et absque
deliberato consensu. Ita etiam pre-
bus conferendo in superbia accidit
quod aliqui motus superbie. // Tertio
ad 3am partem dicit hic apostolus Pet.
Omnem sollicitudinem etc. Hic queritur
4. utrum licitum sit homini ponere solli-
citudinem circa temporalibus. Re°
1.o secundum Thomam 2a 2e q. 55. Solli-
citudo temporalium potest esse illicita
1 dupliciter. // primo propter superfluum studium quod
apponitur ad temporalia procuranda
propter quod homo a spiritualibus quibus
principalius inherere debet retrahitur. Et
ideo dicitur Matth. 13 Sollicitudo
2 seculi suffocat verbum. // Secundo propter
timorem superfluum quo scilicet aliquis
timet ne faciendo quod debet ne-
cessaria sibi deficiant. Quod dominus
reprehendit in eisdem Matth. 6

dicitur. Nonne anima plus est quam
esca et corpus plus quam vestimentum. Glo.
Qui deus dedit nobis maiora scilicet
animam et corpus. Etiam dabit nobis
minora scilicet escam et vestimentum. Un-
de dicitur in ps. 36 Nunquam vidi iu-
stum derelictum. Sequitur quia ipsi
cura est de nobis. Ubi sciendum
quod cura provisionis nostre duo-
pertinet ad deum scilicet a iure paternitatis
1 et dominii. // primo enim de iure
naturali ad patrem pertinet filios
providere nisi culpa eorum hoc im-
pediat. Unde [illegible] vj Certe enim
per verum quod his omnibus indige-
tis infidelis esset pater ille qui
superhabundaret et pueros suos
fame mori permitteret. Sed deus est
pater noster qui vult nobis
fideliter providere sicut ipsum diligentibus
et timentibus. Unde ps. 102 Quomodo
miseretur pater filiorum misertus est
2 dominus timentibus se. // 2o vero
dominii quia ad dominum pertinet ne-
cessaria providere servis qui sibi ser-
viunt. Servire enim est cogitare et
diligenter facere ut voluntatem
domini sui compleat. Dominus vero
cogitat ut servus necessaria habe-
at. Unde Cristus dicit omnibus ser-
vitoribus suis ut habetur Matth. vi
1 // Querite primo regnum dei et iustitiam
eius et hec omnia adicientur vobis.
// Circa tertiam ad 3am partem dicit hic
Vigilate. Quia adversarius vester diabolus
tamquam leo rugiens circuit etc. In quibus
verbis hortatur nos apostolus Petrus
ad resistendum fortiter temptationibus
omnibus dyaboli dicens Adversa-
rius vester dyabolus tamquam leo rugi-
ens circuit querens quem devoret

cui resistite fortiter in fide // Vnde hic queritur vtrum demones possint hominem temptare quandocumque volunt. Respondetur Cassianus in coll. pa. c. 4 non nisi quando deus et inquantum deus permittit vnde I Cor. x fidelis deus qui non patitur vos temptari supra id quod potestis Vnde Augustinus super psalmum Dyabolus plerumque vult nocere et non potest quia potestas eius est sub potestate dei Nam et si tantum posset nocere dyabolus quantum vellet aliquis iustorum non remaneret Vnde Isidorus de summo bono Non amplius temptat electos dyabolus quam dei voluntas permittit Hoc patet in beato Iob quem dyabolus non potuit temptare nisi licentiatus Item patet Marci v vbi demones expulsi ab homine obsesso non poterant intrare porcos nisi Christo permittente //

2o queritur vtrum demon semel superatus denuo temptet hominem Respondetur secundum Thomam I q. 114 Quidam dicunt quod semel superatus nunquam de cetero temptare potest nec de eodem vicio nec etiam alio peccato Sed quidam dicunt quod potest alium hominem temptare sed non eundem hominem et hoc est magis probabile // Tercio queritur vtrum inter eos sit ordo malicie demonum // Respondetur Cassianus c. 4 de quibus choris plures ceciderunt vnde sicut boni angeli in bonis officiis se exercent. Vnde vnus est peior altero Nam qui de primo choro ceciderunt sunt mali qui de 2o peiores Qui vero de 3o adhuc peiores tres choros Ideo aliquando vocantur principes aliquid participatiue

// Item queritur vtrum dyabolus inhabitet hominem per quodcumque peccatum mortale // Respondetur secundum Thomam in quolibet q. 3 Non quantum ad animam quia solus deus inhabitabit hominem mag Sed quantum ad corpus sic potest dyabolus substantialiter in homine inhabitare sicut patet in arreptitiis quando deus permittit Dicitur tamen quod dyabolus inhabitat per affectum hominis per affectum malicie etiam per quodcumque peccatum mortale Tamen per quolibet peccato mortali homo seruituti dyaboli subditur Jo. 8 Qui facit peccatum seruus peccati est Et sicut boni sunt sub dominio dei Ita et mali sub dominio et seruitute dyaboli Vnde Matthei vi Nemo potest duobus dominis seruire et dyabolus etiam per veram penitenciam ab homine expellitur Vnde Beda Vbi vere peccatum dimittitur ibi pariter dyabolus a corde peccatoris expellitur Et in signum huius dicitur Luce 8 quod Christus eiecit a Maria magdalena septem demonia Vbi dicit sanctus Gregorius Maria magdalena septem habuit demonia que septem viciis capitalibus plena fuit // Item queritur vtrum demones cognoscant secreta cordium Respondetur Nyco. de Janua sacre theologie professor c. 4 nullomodo cognoscunt occulta cordium nisi per signa exteriora sicut in vultu et aspectu hominis et motu corporis et in quibusdam temporibus Nam solus deus est scrutator cordium Vnde in ps. 93 deus scit cogitationes hominum // Item queritur vtrum demones cognoscant futura Respondetur futura contingentia nullus demonum cognoscere potest Causa cognoscere futura contingentia eius est solius dei Nisi deus ipsis ex speciali gratia reuelauerit sicut olim

sanctis prophetis Unde ipse xpi an-
nunciate nobis que futura sunt
et sciemus quod dii estis vos. Ymo nec
ipsis apostolis tempus omnia que fu-
tura erant voluit indicare Unde
dixit eis ut act. 1o Non
est vestrum nosse tempora vel momen-
ta que pater posuit. Sed videmus
tamen cognoscimus futura naturalia que
ex causis naturalibus sunt ex cursu
planetarum et stellarum eveniunt
Et ex hiis quidam predicant futura
hoc per probatur. Tercia hoc est quod
hoc faciunt Unde astronomi quia
predicant quidem pluviam quidem ste-
rilitatem quidem serenitatem aeris
quidem frigiditatem et quidem calidi-
tatem que ex constellacione plane-
tarum evenire solent. Medici pe-
riti cognoscunt quidem homo infir-
mi convalescenciam ex inspeccione
urine et quidem mortem ipsius
infirmi Sed demones habent pleni-
orem cognicionem quam aliquis ma-
1 gistrorum habere potest. Primo ex subti-
litate nature licet peccaverunt sunt tamen
integre tamen naturalia dona adhuc habent
Unde dicit dyo. de divinis nominibus 4 Cog-
nicio naturalis in demonibus non est
diminuta Habent enim secundum theologos cog-
nicionem omnium creaturarum tam ma-
lium quam spiritualium Item sciendum
quod nullus homo habuit tantam cog-
nicionem omnium creaturarum sicut pecca-
tum preter cum arborum et her-
barum preter primus homo adam in-
sequitur hinc Adam omnibus cre-
atis nomina imposuit secundum proprietates
earum Sed dyaboli ex subtilitate nature
adhuc subtiliorem et clariorem

et pleniorem habent cognicionem omnium
creaturarum. Unde sequitur quod dyaboli
ex nature subtilitate plura comprehendunt
2 que homo non comprehendit. Secundo
per longam experienciam Quia homines
tot malicias experti sunt et quod
numquam tam diu studuit quod pe-
dyaboli plusquam 6000 annos
studuit. Sed quatuor enim annis
quibus studere potest ad gradum ma-
gisterii artium aut fieri doctor
in medicina aut in iure et canonico
3 Tercio ex revelacione superiorum
spirituum Unde ysidorus lib. 1 de summo
bono Demones 3 modis presciencia
vigent scilicet ex subtilitate nature
experiencia temporum et revelacione
4 superiorum spirituum. Item quod nullus
aliquis potest vivere sine omni temp-
5 tacione, Ratio quia nullius conversacione ff
lud potest hic sine temptacione vive-
re nec probatur. Unde Job 7 dicit
Milicia est vita hominis super terram
Unde glosa super math. Impossibile est huma-
nam hic animam non temptari Unde
Bernhardus super psalmum Qui habitat in
adiutorio altissimi Nemo in tota
me potest vivere sine temptacione et
qui ab una liberatur semper ex-
pectet alteram. Insequitur hinc
dicit Eccli 2 Fili accedens ad ser-
vitutem dei sta in iusticia et timore
et prepara animam tuam ad temptacionem
4 Si dicat aliquis quare permittit deus
nos fideles ita multum temptari
5 Ratio propter defectum ipsorum. Tercia propter
apostolum Nemo coronabitur nisi qui legitime
tamen certaverit Unde psalmus in exempla
Tercius pugnatorum sine certamine co-
ronatus est Unde ambrosius super lucam

Corona proposita est subeunda
sed certamine nemo potest nisi vince-
re certamine coronari. Nemo ad
premium venit nisi qui rite certaverit. Ip-
sius quoque corone maior est fructus
ubi maior est labor. Temptacio
non est peccatum. Unde Gregorius: Temp-
tacio cui non consentitur non est
peccatum sed est materia exercende virtutis.
Sed patet per auctoritatem sancti Bernhardi Co-
ronis resistere tenens tabernacula.
Exemplum de illo iuvene qui meruit
in una nocte viginti coronas resistendo
temptacionibus. Hoc quere in principio
l. xi. C

Secundo ostendo quod non sunt condigne
passiones huius temporis ad
futuram gloriam que revelabitur
in nobis. Ad Ro. 8. Augustinus: Huma-
na condicio ex prevaricatione primorum
parentum facta est fragilis et infir-
ma ut intus et extra patiamur et ip-
sius ante et retro a dextris et si-
nistris formidines preter corporis perflinat
passiones. Unde omnia vicibus pan-
nyme tangit David ps. 39. Circum-
dederunt me mala quorum non est
numerus. Exemplum autem apostolus Paulus
cuius erat magnitudine et mul-
titudine tribulacionum in quibus
semper probatus fuit usque ad mortem.
Primo a iudeis quinquies quadra-
genas plagas una minus suscepit.
2o ter virgis cesus. 3o incarceratur
et in ligno pedibus affligitur.
4o in lapidibus lapidatur. 5o fere-
datur. 6to in fame siti et frigore
et nuditate et in periculis fluminum
latronum et falsorum fratrum preter intrin-
secam passionem et sollicitudinem omnium
ecclesiarum. 10 Rome capite truncatur

a Nerone anno domini 69. Ipsius e-
rat sublime magnitudine glorie fruens
magnum licet homini mortali comperiri. Ra-
ptus est in paradisum et celum usque
ad tercium celum et audivit ibi archana
verba que non licet homini loqui. Et
propter hoc dicit Ipse quod non sunt
condigne. Unde in primo sermone tria
sunt dicenda. Primo de passionibus inna-
tis et illatis. 2o quod nullus potest es-
se sine tribulacione et tristicia in
hac vita. 3o quod non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram glo-
riam in uno exemplo. Quantum ad
primum sciendum quod apostolus dicit quod
passiones in plurali quia quedam sunt
passiones innate sicut fames sitis
sopor et lassitudo corporis. Alie
sunt alie passiones innate que etiam
ex corrupcione nature primorum parentum
prevaricatione innate et derivate
insunt nobis corporibus et membris
corruptionibus hominum continuum bel-
lum gerunt. Caro enim concupiscit
adversus spiritum et spiritus adversus
eam. Affectiones contra racionem
et racio contra sensualitatem contra
voluntatem. Et sic omnia que intus
nos sunt bella gerunt ad invicem.
Et hec cognovit dominus Gen. 8. Sen-
sus et cogitacio humani cordis et
cordis in malum prona sunt ab ado-
lescentia sua omnibus diebus. Un-
de Zach. 8. Nec intranti nec
exeunti pax est pre tribulacione. Et
Seneca dicit: Omne nascendo homo mundum
ingreditur sive moriendo mundum
egreditur. Hoc totum agitur in tri-

H

bulatione Unde Job 14 Homo natus de muliere brevi vivens tempore / Hanc miseriam conqueritur apostolus dicens Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee Unde Jaco 4 Unde bella et lites in vobis nonne ex concupiscentiis vestris que militant in membris vestris Item alie sunt passiones illate quas sustinemus a proximo sive dampna rerum sive verborum et persecuciones operum et laborum que pacienter sunt sufferende de quibus veneracio pro virtute maxima reputatur Deus enim in veteri testamento hoc virtutis perfecte considerans indulsit ut homines malum pro malo redderent Unde levitici 26 persequimini inimicos vestros Item Jere 50 Redde ei secundum opus suum et iuxta omnia que fecit facite ei Item Exodi 21 dentem pro dente oculum pro oculo etc. Deus autem in nova lege veniens qui reddidit bona pro malis nobiliorem et sanctiorem legem instituit dicit enim Mat 5 Si quis te percusserit in una maxilla prebe ei et alteram Item auferenti tunicam dimitte ei et pallium Et post dominus quod verbo docuit hoc exhibuit exemplo coram pontifice pressus Quando sicut Jo 18 unus assistens ministrorum dedit ei alapam dicens sic respondes pontifici Tunc tamen non solum aliam maxillam prebuit sed totum corpus pro nobis exhibuit Et eciam in signum huius doctrine permisit se vestibus spoliari et nudus in cruce suspendi

Sic et quilibet christifidelis pacienter debet inferre iniurias sibi illatas sive in rebus sive in fama sive in persona et reddere inimicis suis bona pro malis Unde Mat 5 Audistis quia dictum est antiquis Diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros etc. Licet in re pro altiora et sanctiora deus nobis precepta dedit quam antiquis que illis terrena promisit nobis vero celum Ille vitam diutinam nobis vero eternam // Item sunt quedam passiones affectate quas sustinent hii qui toto corde deum diligunt qui non contenti prioribus passionibus ad cumulum et corpus castigandum voluntarie deo offerunt mortificaciones pro cotidie quorum unus fuit Joh baptista qui nec vinum nec siceram bibit et vestimentum de pilis camelorum in corpore suo portavit Item sanctus Paulus qui dixit Castigo corpus meum et in servitutem redigo Item sanctus Dominicus pater sanctus Nycolaus sanctus Bernardus et similiter omnes confessores qui paupertati attenuati abstinencia macerati afflictione castigati oracionibus et vigiliis fatigati sunt sic felicem vitam finierunt Unde ad hebreos 11 In solitudinibus errantes in montibus et speluncis et in cavernis terre circuierunt in melotis caprinis angustiati et afflicti // Secundo ad 2am partem sciendum quod nullus in hac vita dicitur esse perfectus sed tercia Tercia enim in ineo sunt mee locum summi gaudii quod est in celo. Et pene que est in inferno. Secundo necesse est principale gaudium ad terminum. Vnde etc. Bohemus & gloriose philosophie. O quantum amaritudinis humana felicitas respersa est. Ex dictet aliquis. Cur deus hoc sic ordinavit. Respondeo propter multiplex. Primo ut sciamus nos esse hic non cives sed advenas et peregrinos. Vnde in psalmo 38 Quoniam ego advena sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei. Secundo ut mundo illi non inhereamus tendentes tamen ad terminum patrie. Tercio ut similem operis calcantibus ad concurrendum in via mandatorum dei. Quarto ut hoc eciam peccatum mortale quod deus in tantum odit quod pro uno peccato ipsius ad omnes penas istas humano generi inflixit. Quinto ut purgemur igne purgatorio in presenti ne in futuro cogamur puniri in purgatorio. Tamen secundum magistrum sententiarum libro 4o dist. 20 Deus quoniam iustus impunitum non dimittit delictum. Vnde Augustinus in sermone de igne purgatorio. Ignis purgatorius etsi non sit eternus miro modo tamen gravis est. Superat enim omnem penam quam homo unquam passus est in hac vita vel pati potest. Vnde Humbertus. Nequaquam enim a quoquam dei facies videbitur donec per penam venialium peccatorum quadrantem non persolvat. Sexto ut fugiamus infernum in quo omnis pena est in summo. Vnde Augustinus. Minor pena inferni maior est omnibus penis huius seculi. Vnde Bernardus. Vna scintilla gehenne ignis plus ledit peccatorem quam si mulier in dolore partus mille annos perduraret. Vnde eciam Gregorius. Hoc supplicium non potest quod ibi cruciantibus lenitum non fuit. Septimo ut plus de gaudio mereamur. Nam passionibus virtuose sufferentis materia pro meritis merendi consistit. Bernardus. Virtuosius est mala patienter pati quam bona operari. Cum igitur opera nostra parva sint si nulla sunt necesse est nos pati ut per ea mereamur. Vbi sciendum quod si homo in statu innocencie permansisset sine difficultate aliqua celum intrasset. Vnde Gregorius. Ad hoc in paradiso homo positus erat ut si se conditori suo obediencie vinculis conligaret ad celestem patriam sine morte carnis transiret. Et nunc immortalis conditus ut si non peccasset mori eciam non potuisset. Sed postquam per peccatum eiectus est a deliciis paradisi in exilium huius mundi non potest nisi per tribulaciones redire ad gloriam. Ad hoc designandum posuit deus ante paradisum cherubin et flammeum gladium. Gladius enim ille sunt tribulaciones et passiones vite presentis. De quo psalmo 33 Multe tribulaciones iustorum et de hiis omnibus liberavit eos dominus. Et hoc est plenissime quod celestem paradisum intrabimus qui est locus omnium gaudiorum et deliciarum. Vnde Bernardus in sermone. Locus ille scilicet paradisus locus voluptatis est ubi torrente voluptatis potabuntur iusti. Locus splendoris ubi iusti fulgebunt sicut sol. Locus habundancie ubi nichil deest videntibus deum. Locus securitatis ubi apparet dominus sanctis suis in omnibus. Locus pacis ubi in pace factus est locus eius. Locus admirabilis ubi sunt mirabilia opera eius. Locus securitatis ubi potabunt nec apparuerit gladius eius. Locus visionis ubi videbitur deus deorum in Syon. Locus leticie ubi leticia sempiterna super capita eorum. ~~M~~ Crisostomus ad [illegible] prope finem. Et omnes passiones huius temporis non sunt condigne ad futuram gloriam. Certe si in uno homine confluant omnes passiones preteritas presentes et future quod ut lucem claritatis videatur.

1 Secundo quia passiones huius temporis. Primo sunt modica stilla vel minuta. Sap. 3 In paucis vexati in multis bene disponentur. Illa sunt quasi gutta respectu maris. Sic etiam sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam.

2 Secundo quia hec sunt in loco calamitatis id est in presenti mundo ubi est locus tristicie, ideo dicitur vallis lacrimarum secundum Augustinum. In valle miserie sumus in quo magis flendum est quo minus flemus secundum Gregorium super Ezechielem. Tercium est quod in hoc mundo nos liberat ubique luctus suspirium undique gemitus audimus. Destructe urbes eversa castra depopulati agri in solitudine terra redacta alios in captivitatem duci alios detruncari videmus alios interfici. Tercium est ergo quod in hac vita liberat fratres meos [illegible] talem mundum diligimus iam non gaudia sed vulnera amamus. Item in hac valle lacrimarum sunt plura pericula et naufragia secundum Bernhardum. Periculum probat transeuntium raritas vel pereuntium multitudo. Sicut quatuor navibus non pervenit una. Unde in mari latissimo huius mundi de quatuor navibus vix evadit una. Ex quo patet quod mundus periculosior est mari salso quia in mari huius mundi vix de quatuor navibus transit una quia vix de quatuor hominibus unus ad portum salutis pervenit. Sed illa futura gloria erit in loco amenitatis id est in celo. A quo loco clarete 3e gaudium et

1 Primum a claritate lucis. Apocalypsis 10. Civitas illa non eget sole neque luna ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminat eam et lucerna eius est agnus.

2 Secundum a loci puritate. Apocalypsis 21. Non intrabit aliquod coinquinatum aut abhominacionem faciens et mendacium.

3 Tercium erit ex loci latitudine. Baruch 3o. O Israhel quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius magnus et non habens finem. Tota enim terra est quasi punctus respectu celi empirei quo sancti regnant.

3 Tercio quia passiones huius temporis sunt particulares et minime in toto esse hominis subsistunt. Sed in membris sunt in partibus hominis. Nulla enim passio huius temporis cognita est vel audita que universum esse hominis simul et equaliter cruciaret ut sit in omnibus partibus corporis et anime. Sed illa futura

gloria erit totalis quia in corpus et animam plenissima habundancia redundat. Hec gloria ut est dictum predictam in quem habet gloria non redundat minime ut eciam ossa nostra florebunt hac gloria. Unde Ysa. ult. ossa vestra ut herba germinabunt. Et iterum de illa habundancia glorie dicitur Ysa. 66 Delicijs affluetis ab omnimoda gloria que est a gloria corporis et a gloria superiorum et omnium mediocrum et a gloria anime et etiam omnium potenciarum eius. Nec erit locus in corpore vel in anima qui se abscondat a calore eius. Quod satis bene notificat per exemplum. Quando ferrum ignitum et candens fit ignium plenum quominus a propria forma. Sic erit homo in corpore et in anima in celo glorificati. Nam corpora electorum habebunt magnam claritatem. Unde Math. 13 Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris mei. Insuper habebunt impassibilitatem nulla enim molestia corporalibus eorum de cetero poterit nocere. Apoc. 21 Absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum. Et mors ultra non erit. Unde Bernh. in libro confessionum Qualis tunc putas erit splendor animarum quando solis splendorem habebunt hic corpora nulla ibi erit tristicia nulla angustia nullus dolor nullus timor nullus ibi labor nulla mors sed perpetua sanitas semper ibi perseverabit // Secundo a paritate inferiorum quia specialiter ab aliquibus hominibus sunt illate et non ab hominibus omnibus. Illa autem futura gloria erit generalis quia ab omnibus inhabitatoribus celi in nos derivatur. Ita ut a singulis sanctis et angelis singulas glorias consequamur. Hoc innuit ps. cum ait omnia [illegible] Cui consonat illud Ysa. 49 Erunt reges nutricii tui et regine nutrices tue. Dicitur autem futura gloria generalis quia a deo et hominibus sanctis et [illegible] influunt. Nam in videndo deum triplex gaudium erit // 1 Primum erit in videndo faciem dei secundum deitatem quod est primum gaudium quia melius esset stare in inferno quam esse in paradiso et non videre faciem dei. Unde David in ps. 79 Ostende faciem tuam et salvi erimus. Unde Ioh. 17 Hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum. Unde circa Fulgencius Et si dei faciem omnes in carcere inferni inclusi viderent nullam penam nullum dolorem nullamque tristiciam sentirent // 2 Secundum gaudium erit in videndo humanitatem Christi qui est rex regum et dominus dominancium. Unde Ysa. 33 Regem in decore suo videbunt. Unde etiam Bernh. plenum [illegible] suavitatis dulcedine videre hominem hominis conditorem // 3 Tercium gaudium erit in consideracione unionis humanitatis ad divinitatem. Et est mirabile quod cognoscere quod [illegible] eorum secundum [illegible] deus est. Et in hoc nos honoravit super angelos. Ad Hebr. 2 Nusquam angelos apprehendit sed semen Abrahe. Et ideo magnam confidenciam debemus habere ad deum nostrum qui caro et frater noster est. Unde Bernh. Puto me non posse spernere eius quia os de ossibus meis et caro de carne mea. Et ab omnibus sanctis. Nam quilibet sancte iocunda [illegible] gaudium generabit secundum quod multitudine. Unde Apoc. 7 Vidi turbam magnam quam dinumerare

nemo poterat // Secundo quia nobilitate
societatis illius in qua erit beata
virgo maria et omnes sancti et
angeli qui omnes reges et regine
sunt quia possident regnum celorum et
angelorum // Tercium quia amicabili
illius societate tanta erit caritas
inter ipsos ut gaudia aliorum
putabunt sua vnde est magister sentenciarum
li 4 dist 49 . Per caritatem que in
singulis erit perfecta quia tantum quisque
gaudebit de alicuius bono quantum gau-
deret si haberet in se ipso // Quarto
quia ille passiones presentes finiuntur
in tempore Et quicumque sentiunt
in presenti tempore et in tempore pro-
hoc quia nichil nocebunt Et quia hoc
solo omnibus presentis temporibus ces-
santibus omnes passiones presentes
presentes et future que sine hostitue
sunt nichil sunt ad futuram gloriam
comparate Et quia hoc solo quia ille
passiones desinunt illa autem gloria
permanet mentinum Quinta secundum aristotelem
4 physicorum finiti ad infinitum nul-
la est comparacio De hac futura gloria
dicit augustinus li 20 de ciuitate dei Optate
illam vitam amplecti de bonis ubi
est vita sine morte lux sine te-
nebris iuuentus sine senectute
pax sine discordia voluntas sine
iniuria Regnum sine commutacione quia
non amittitur vnde Bernhardus in ser-
mone . Regnum dei conceditur promit-
titur ostenditur percipitur Conceditur in
predestinacione promittitur in vocacione
ostenditur in iustificacione percipitur
in glorificacione Et de hac futura gloria
dicitur ysaie 64 Oculus non videbit deus
absque te Unde apostolus Corinthiorum 2 O-
culus non vidit nec auris audit
nec in cor hominis ascendit que preparasti
deus etc. Unde augustinus li 22 de ciuitate dei
Cap. deus preparauit diligentibus se fide
non capitur spe non attingitur cari-
tate non comprehenditur desideria
et vota transcendit acquiri potest
estimari non potest // Unde non cerno
de quodam qui dixit si esset statua
a terra usque ad celum clauis et
non acutis transfixa libenter vel-
let ascendere et descendere ut ipso
posset celum intrare et gloriam futuram
possidere quam preparauit deus diligen-
tibus se . Rex in principe corporis dicti
l. s. e.

Omnes unanimes in oracione
estote . 1 pe . 3o Illud quod ma-
nifestat homines in hac vita est
ieiunium elemosina et oracio Sed ora-
cio hiis duobus alis volat ad deum
et adiutorium celeste nobis acqui-
rit unde Gregorius Magna est virtus
oracionis que effusa in terra in celo
operatur Ergo apostolus hortatur
nos in verbis propositis ad oracionem di-
cens . Omnes unanimes in oracione
estote // Unde in presenti sermone tria
sunt dicenda , primo de oracione , 2o de
ymaginibus christi et sanctorum , 3o de
illis qui possidebunt hereditatem ce-
lestem in celo // Quantum ad primum
de oracione mouende sunt alique questio-
nes // Primo quare versus quas partes
mundi debemus orare Respondet sanctus
thomas de aquino quod quidem homines con-
uenerunt versus orientem orare
et altaria construi Et hoc quinque ex-
plicat de causis , primo in signum quod christo
nostra est illuminacio qui est lux mundi
sicut sol ab oriente // 2o quia oriens est
nobilior pars orbis superius mundi hominis

recepimus ibi· quia recedimus oracio no-
bis a deo conferri que accepimus
et que habemus vnde apostolus Quid
habes quod non accepisti / Tercio 3
quia motus incipit ab oriente per an-
gelum ita omnis nostra accio est a deo
/ Quarto quia paradisus ibi est a quo re-
cidimus ideo inclinamur ut celi pa-
radisum intremus Quinto quia ab orien-
te ad meridiem venit corpus / Item 4
2o queritur An debeat esse locus spe-
cialis orandi Respondet humbertus 1o
in exposicione super regulam beati augu-
stini Non est in loco ponenda tota
fiducia quod non credat aliquis alibi
se non posse audiri Sed tamen orandum
R est et loco alijs rebus et causis
Prima quia si non esset certus locus depu- 1
tatus oracioni nesciremus vtrum ho-
mines orarent vel non et multi ob-
mitterent orare // Secunda quia vadens 2
ad locum orandi plus laborando
meretur / 3a ut orantes oracio cito
exaudietur quia ibi in loco oracionis plures
conveniunt ad orandum deum Et secun-
dum Iohannem Impossibile est preces multo-
rum non exaudiri Alie non secundum eun-
dem humbertum Et communes oratores
et alia publica oracio communia in omni
loco possunt fieri secundum illud apostoli
In omni loco levantes puras manus
B sed compunccius et feruenciores in o-
ratorio effundimus propter certas cau-
sas // Primo quia pie credendum est quod deus 1
facilius nos exaudiet in loco sibi
deputato ad hoc quam in alio vnde
2 paralipomenon 7 Oculi mei erunt aperti et
aures mee erecte ad oracionem eius
qui in isto loco orauerit // 2a quia cre- 2
dendum est quod angeli sancti locum ta-
lem sanctum magis frequentant quia

est domus dei Et in signum huius
legitur Genesis 28 quod Iacob vidit an-
gelos dei ascendentes et descen-
dentes in loco qui dicitur bethel i.
domus dei Ipsi autem sunt qui ne-
cessarii sunt oratoribus ad ferendum
oraciones nostras coram deo // 3a quia 3
probabile est quod demones qui liben-
tius impediunt oratores non aude-
ant ita accedere ad huiusmodi locum sanc-
tum sicut ad alia propterea quod in-
uenit eius locus sanctus vnde Genesis
28 Quam terribilis est locus iste
Quod vere deus propinquus demonibus // Quarta 4
quia quotlibet oratorium consecratum
in honore alicuius sancti prius est
ante credendum quod sanctus potissimus aliquam
curam specialem circa hos qui conveniunt ibi
ad locum sui patrocinatus Sicut prin-
ceps terre de hijs qui conveniunt
ad loca sui dominij Sicut invenimus
de sancto iacobo et de multis aliis
sanctis specialiter invitantes sua lo-
ca visitantes Et quia oratibus non
modicum est necessarium sanctorum
adiutorium qui sunt potentes apud deum
secundum illud Iob 5 Ad aliquem sanctorum
convertere exemplo tamen ergo orat tam
in locis sacris quam alibi // Quinta in 5
ecclesia sunt sanctorum reliquie quia nullum al-
tare consecratur sine reliquijs sanctorum
Ergo qui orat ante altare in quo sunt T
aaliter illos sanctos quorum reliquie
in isto altari continentur Nec du-
bium talia cooperari ad efficaciam nos-
tre oracionis quando fuerit venerate
// Sexto quia ibi sunt ymagines sanctorum 6
Christi crucifixi et gloriosissime vir-
ginis marie ut frequenter quando me-

tum valent ad excitandam devotionem devotioris autem affectus sumunt fructum orationem efficatiorem. Unde Augustinus: digniori sequitur effectus quo ferventior procedit affectus. Unde Augustinus: Ad affectum cordis respicit deus. Tertium est ut frequenter est corpus Christi continue ut hora misse adminus vere eius quolibet etiam quo elevat templum primum. Valorem in quo indignum tantum bonum sunt. In presentia autem Christi si quis fuerit sicut erat cum autem quando potest quam in alio loco. Sed non stat circa missam vel alibi in patria sancti. Unde Henricus de Hassia. Dicit enim confessio et contritio supposita sufficit ad salutem latroni associati Christo quem penitentialiter moriebatur in cruce que ei non suffecisset aut non valuisset in tractare. Ita videtur quod non minus nunc peccator humiliter spe venie assistens huic sacramentali oblationi veniam consequatur aut habundantius gratie collationem recipiat quam si similiter in alio loco se haberet. Item non Christum in terra habens nulli sanctitatem denegavit fide petenti. Unde equale non maius est tunc invisibilem fide eundem presentem in sacramento eukaristie. Et hoc videtur velle illud dictum evangelii: Beati qui non viderunt et crediderunt. Quarto refert ad veniam consequendam modo corde contrito et humili eukaristie interesse ymolationi aut ipsum visibiliter presentem adorare et honorare. Et dum oblatum in eius tenere interfuisse sicut latro vel honorem Christo corporaliter in se recepisse ut Magdalena que lacrimis lavit pedes Ihesu et tersit capillis et unguento ungebat et osculabatur. Videtur quod nichil refert quoad effectum gratie et venie consequende. Huic ille. // Tenditur hic vere deus peccatores exaudit. Patet quia sicut quidem fuerunt salutanda. Unde Augustinus: Si deus peccatores non exaudiret frustra publicanus ille dixisset: Deus propicius esto michi peccatori, et tamen iste exauditus fuit. Unde notandum quod deus quandoque exaudit preces peccatoris aliquando non. Primo si homo est in peccato mortali libens et petit ab eo regnum celorum non dat sibi illud. Sed si dicit: O pie deus, ego miser peccator peccavi in celum et coram te, sed cognosce michi quod te graviter offendi commissis meis peccatis. Et sic instanter petit sine dubio deus exaudiet eum. Et tunc quod est liber a peccatis tunc ab eo petat regnum celorum et dabit illi. // Tenditur ad secundam partem que est. Circa christiani in novo testamento faciunt sibi ymagines contra illud preceptum Exodi 20 capitulo: Non facies tibi sculptile. Ratio quia veteri testamento fuit prohibitum facere ymagines magne dei. Tamen propter pronitatem populi iudaici ad ydolatriam proni et ydolatris commorantibus tum etiam quod deus adhuc non erat homo factus. Unde nec effigiari debuit. Sed in novo testamento initio duxit quod visus ymaginem suam a domino nostro Ihesu Christo qui suam ymaginem ab agarum panno impressam misit ut refert Eusebius in ecclesiastica hystoria. Et etiam Damascenus libro sententiarum 4 ab apostolis

tempore eorum fuerunt ymagines. Unde
sanctus Lucas ymaginem domini
nostri Ihesu Christi et beate Marie
virginis sculpsisse legitur, que usque
beate Marie adhuc Rome habetur.
Et sanctus Scenarius ymaginem Ihesu
Christi crucifixi sculptam detulisse re-
peritur in sua historia. 4º Item appro-
3 bacione sancte matris ecclesie. Nam
in quodam totali concilio in quo fu-
erunt fere mille episcopi congrega-
ti, qui omnes ex inspiracione spiritus
sancti diffinierunt usum ymagi-
num esse licitum. Beda dicit quod
1 Tunc multe fiunt ymagines. Prima
quod ex plurium racione prima est propter me-
morie labilitatem ne oblivioni tradamus
dominum nostrum Ihesum Christum et sanctorum. Et
habemus ymagines Christi et beate
Marie virginis et aliorum sancto-
rum. Et contemplamur ymagines videmus
dominum nostrum Ihesum Christum adoremus
et sanctos imploremus ut pro nobis
intercedant ad dominum nostrum Ihesum
2 Christum. 2ª racio propter informacionem
rudium qui literas ignorant quia do-
centur ymaginibus loco literarum. Unde
in decretis: ymagines sanctorum et
picture sunt libri laicorum, et scriptum
de consecratione dist. 3 perlatum. 3ª causa
3 est propter devocionis excitacionem. Plus
enim movent visa quam audita.
Unde ex inspectione ymaginum devoti
ad devocionem incitamur. Cum videmus
tot et tanta miracula sanctorum depic-
ta. Et deus vult procurari ad hones-
tatem morum et verborum in presencia
ymaginum honorando in hoc deum
et sanctos. Ne impudica agamus
in operibus et ne turpia loquamur

in verbis. Sed devocionem et hones-
tatem ostendamus in verbis et
factis prout decet. Secundo de adoracione
ymaginum. Et contra illos qui deho- A
nestant ymagines Christi et sanctorum habetur
extra de supplicia sermone 26 capitulo. Tendamus
ad 3am partem dicitur habetur in hoc enim
3 vocati estis ut benedictionem heredi-
tate possideatis. Ubi sciendum 1 Pet 3
est genus hominum quod non possunt pos-
sidere hereditatem dei. Primum est illorum
qui bonam vitam non incipiunt nec 1
finiunt ut omnes infideles et mali
christiani qui non curant implere divina
1 mandata nec etiam odiunt peccata. Et B
in malicia sua vivunt et moriun-
tur. Unde de quolibet istorum dicitur in psalmo 35:
Noluit intelligere ut bene ageret ma-
liciam autem non odivit. Et isti quia deum
non salvantur sed hereditabunt infernum.
Secundi sunt qui bonam vitam incipiunt 2
sed perficere nolunt. Isti etiam non salvantur.
Unde Gregorius 1º moralium: Incassum bonum
agitur si ante vite terminum deseratur.
2 Unde etiam Bernardus: perseverancia est virtus
sine qua nemo videbit deum. Unde Albertus
magnus de virtutibus dicit: Quinque
enim consistunt apostolo inde quod Christus ipsum
elegerat de mundo. Secundum consistit fami-
liaritas Christi. Tercium sequela
3 predicacio Christi quia sepe a Christo au-
dierat quamvis exempla quamvis virtutes
quamvis miracula que ab ipso viderat. Quartum
societas apostolorum. Quintum gracia sibi col-
lata ad predicandum et miracula fa-
ciendum. Nam Christus eciam in aliis apostolis
dixit: Euntes predicate quod appropin-
quabit regnum celorum. Et infirmos
curate, mortuos suscitate, leprosos
mundate, demones fugate. Et quia
patet quod Judas bene incepit sed male

le finiunt quia christum tradiderunt et post hoc desperavit. Et insuper in desperatione sua se ipsum suspendit. Unde Isidorus de summo bono: Non est beatus qui bonum facit sed qui incessabiliter facit. Qui enim perseveraverit usque in finem salvus erit. // Tercii sunt qui bonam vitam incipiunt et etiam perficiunt, hii premium a christo recipiunt. Talium enim vita est deo placabilis quia fine bono sit conclusa. Unde etc. Isidorus de summo bono: Tunc deo placet nostra conversio quando bonum quod inchoamus perseveranti fine complemus. Unde etiam Bernardus in sermone: Bona vita ego puto mala pati et bona facere et usque ad mortem perseverare. Sed heu pauci sunt qui in christo bonam vitam inchoant sed pauci perfecte consumant unde inveniuntur multi bene incipiunt sed in malo vitam finiunt. De pe dis 2. [illegible]. Et hiis iam dictis patet quod multi sunt qui apud homines reputantur in bono statu et tamen coram deo sunt in malo statu. Et econtra multi sunt qui apud homines mali reputantur et tamen sunt amici dei et a deo electi quia novit dominus qui sunt eius. Unde Gregorius: Nichil enim est quod quis bona inchoat sed valde mirabile est si in intentione recta in bono opere perducet. Pro quo sciendum quod nos non possumus bonum cogitare nec inchoare et multo minus in bono perseverare sine divino adiutorio. Propter quod tenemur cottidie orare in p d. Actiones nostras quesumus domine aspirando preveni et adiuvando prosequere. // Ultimo

non cogitant. Sed sicut qui volunt ubi monstrent redire ad seculum et christum maledicere dicit eum in d. dine Ro in pinptes. p 28 p

Quicumque baptizati sumus in christo Ihesu in morte ipsius ad Romanos 6. In presenti epistola hortatur nos apostolus ad vite nostre emendationem que consistit in hoc ut peccatis mortui sic deo vivamus qui nos purificavit in sacro baptismate. Et mors christi est causa nostre purificationis. Et insuper unde homines de latere christi exivit sanguis et aqua ut sanguis per quem redempti et liberati sumus et ut daret aqua baptismalem virtutem purgativam. Ergo dicit sic apostolus: Quicumque baptizati sumus. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. // Primo quod aliqui vivunt in deo, aliqui cum deo, aliqui sine deo. // Secundo qualiter christiani baptizati tamen dicuntur mundi per mortem christi. // Tercio quare quilibet christianus debet desiderare esse cum christo. // Quantum ad primum membrum illius sermonis sciendum: Quod illi vivunt in deo qui magis credent in divino amore. Et illi nichil appetunt de hiis que sunt super terram. Sed totum eorum desiderium est esse et vivere in hiis que christi sunt. Et ideo omnia transitoria despiciunt [illegible] convertendo sciunt quod in isto exilio a summo bono quod omnes cupiunt omnia que despiciunt [illegible] inveniunt. Unde Ambrosius de [illegible]. Omnia habemus in christo. Unde etiam Augustinus apud sermone [illegible]. Tunc et deus omnia in nobis. Tamen quidquid

pubas quidquid habes cum magno
labore habebas / Et quidquid tu ama-
bas manducare et bibere ipse et
tibi poterit cibus et potus / Quidquid
habere volebas sanitatem fragilem
et transeuntem ipse tibi erit in
mortalitas / Quidquid habere quere-
bas ut divicias deus erit tibi
divicie / Avare quid tibi sufficit
si tibi deus sufficerit // Sed illi qui
vivunt cum deo sunt qui deum dili-
gunt sed non sunt firmi et perfecti in
amore dei sed tepidi / Tercia tamen
et occupacionibus se involvunt / Sed
in deum studet habere servilis
Et quod ab omni peccato mortali sibi
caveret quod eos a deo separare
potest / Sed quia non solum intendunt
deo sed etiam aliis cum deo scilicet tem-
poralibus bonis ideo non totaliter
vivunt in deo / Sed tamen cum deo / Et
tales sunt proprie seculares qui habent
uxores pueros et familiam quibus
habent providere necessaria vite et in
cum hoc servare precepta dei et ecclesie
// Sed illi vivunt sine deo quorum cor-
da sunt penitus frigida in amore
domini nostri ihesu christi / Et huius racio
est quia sunt in peccato mortali quod omni-
no contrarium est amori divino / Et ideo
non vivunt deo sed mundo / Et hoc est
valde terribile quia vivere mundo non
aliud est quam deo mori et a deo
separari / Nam sicut corpus naturaliter vivit
ab anima / Sic anima spiritualiter vivit
a deo / Et ideo quamdiu homo vivit mun-
do moritur deo qui est vita anime
Et illa mors spiritualis aliud est quam
separacio anime a deo / Unde Augustinus / Sicut
corrumpitur corpus sine anima sic
amittit / Sic etiam corrumpitur anima
cum deum amittit / Et mors anime
multum periculosior est quam mors
corporis et plus timenda / Unde de
hoc dicit Gregorius / Mortem carnis
omnes homines timent sed anime pauci
// Quantum ad secundum principale dicendum
est quod quilibet christianus debet timere ca-
vere immundiciam peccati mortalis / quia
quilibet baptisatus sanguine christi
est lotus / Et quanto enim pannus
est preciosior tanto magis time-
da inquinacio / Preterea timenda est
inquinacio propter dignitatem humane
nature que prependitur ex hoc quia
anima hominis ymago dei est / Unde
sic peccat qui eam peccato mortali co-
inquinat / Sicut qui ymaginem dei
crucifixi vel beate marie virginis in
lutum immundum proiceret / Item
sic ille qui crucem in qua corpus
christi pependit in lutum proiceret pro-
teret / Sic etiam peccat quia non ti-
met inquinare humanam naturam
que divine nature inseparabiliter uni-
ta est / Tercio quia tam immundicia pec-
cati mortalis a deo displicet deo
quod non habet tam bonum amicum nec
in celo nec in terra quia non adiceret
ad mortem eternam per maculam unius
peccati mortalis in eo inveniret / Augus-
tinus / Alterius odio habet peccatores / Anima
peccato mortali a deo immunda est
quod pulchritudinis civitatis i. angelos
a deo immundos et deformes fecit
quod homo libencius recedet quam ipsos ut
sunt videret / Ipsum enim animam quia est
pulcherrima ymago creatoris et quia
precium est mundata sanguine christi

E

ff

ſpecioſam adeo immundam deformem et abhominabilem facit coram conſpectu dei ſicud iam eſt dyabolus. Unde Auguſtinus: Anima in peccatis perſeverans nigrior eſt carbone. Inſuper anima peccatrix intollerabiliter fetet coram deo et ſanctis eius. Unde Auguſtinus: Intollerabilius fetet canis putridus hominibus quam anima peccatrix deo. Sed anima in gracia conſtituta eſt pulcherrima. Unde etiam Bernhardus In meditacione: O anima inſignita dei ymagine, decorata ſimilitudine, deſponſata fide, dotata ſpiritu, redempta ſanguine, deputata cum angelis, capax beatitudinis, heres regni, quid tibi cum carne. Item anima in gracia eſt nobiliſſima creatura. Unde Auguſtinus: Sicut deus omnem creaturam ſic anima omnem corpoream creaturam naturali dignitate precellit. Unde talia ponderanda ſunt ne peccemus mortaliter. Unde etiam Bernhardus: Si homines dei inſpectione anime dignitatem, peccati vilitatem et ne pene quantitatem inſpicerent, nunquam vilia perpetrarent. Item qui peccatum mortale committit et animam ſuam occidit reus erit ſanguinis chriſti. Unde Auguſtinus: Reus erit non parui precij ſed ſanguinis ihesu chriſti quomodo violat et maculat animam chriſti ſanguine mundatam. Unde modo quilibet debet ſibi cavere a peccato mortali et ſollicite cuſtodire animam ſuam. Unde Auguſtinus: Si collegiſſes ſtillas ſanguinis chriſti cadentes, nonne cum ſollicitudine ſanguinem cuſtodires? Quanto plus animam tuam pro qua ſanguinem ſuum fudit. Unde notandum

G

Et ſi diceretur vel qualitercumque aliud alicubi diceretur te diſmicilia utrum vellet potius mortaliter peccare et cum perpetue cum deo regnare vel non et cum dampnatis vehementia ignis ſuſtinere per extenſionem illius causa

1 ſunt notanda. // Primo quod homo potius deberet eligere perpetue puniri ſine peccato mortali quam nullam penam habere cum voluntate peccandi mortaliter.

2 // 2° quia homo potius deberet eligere cum dampnatis eſſe ſine peccato mortali quam eſſe cum ſalvatis cum voluntate peccandi mortaliter.

3 // 3° quod quod non deberet eligere velle mortaliter peccare etiam ſi ex hoc omnes dampnati deberent ſalvari. Racio eſt: predicta eſſe quod dicit ſcriptura: Non ſunt facienda mala ut eveniant bona. Unde luce 9: Quid enim prodeſt homini ſi mundum univerſum lucretur, anime vero ſue detrimentum paciatur, aut quam dabit homo commutacionem pro anima ſua. Iſta multo deberent attendere qui faciliter et pro modica cauſa mortaliter peccant ſcilicet mercatores, mendaces contra deum quod non eſt verum in emendo et vendendo, Tales maledici, blaſphemi, periuri, ebrii et ceteri. // Quantum ad 3am partem ſermonis dum ſequitur libello luce: Et quilibet homo toto corde appetere debet eſſe cum chriſto in illa beata vita. // Primo quia nichil iocundius eſt eſſe cum eo adeo enim delectabile ut paradiſus reputetur. Iuxta illud luce 23: Et chriſtus dixit latroni: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradyſo etc. Non fuit racione latro ille in paradyſo celeſti, ſed fuit cum chriſto quod faciem eius

secundum diuinitatem. videt et sic sunt ei paradisus. Tercia ubi corpus ibi regnum dei. Sed si quis esset eciam corpore in inferno. Ita tamen ut faciem dei videret locus iste esset ei paradisus. Unde ex refulgencia dei faciei per omnes in caterue inferni motus vi decent nullam penam nullum dolorem nullamque tristiciam sentiret. Ergo qui haberet bonam et veram fidem non timet ad corpus venire etiam per ignem et gladium pro sanctis membris et eius digitos ferret. Tercia secundum apostolum. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. 2o dicit quilibet affectatur toto corde in illa beata vita cum Christo et cum omnibus electis. Tercia quia ille non pervenerit pro eterna societate habebit. Erit enim socius luciferi et omnium demonum in penis quorum societas valde timenda est quia ipsi valde sunt horribiles. Job 20. Vadent et venient super eum horribiles, id est demones. Sicut enim deus et sancti delectabiles sunt videndi. Ita per oppositum in inferno horribilis est visio demonum et dampnatorum. Tercia si nulla pena alia haberent ista sola eis sufficeret. Unde Gregorius. Horrida visio demonum. Insuper habebunt acerbissimam penam dampnati cum demonibus in inferno. Unde ysidorus in synonimo. Intende ergo quascumque sentis penas, quoscumque tormentorum dolores quascumque dolorum arbitraris et compara hoc totum gehenne et leue erit tibi omne quod pateris. Et quod maximum et grauissimum est quia tales pene inferni numquam habebunt finem. Unde ysa ultimo. Ignis eorum non extinguetur. Ubi notandum est quod satis facile et delectabile est ad tempus in uno molli lecto et molli iacere. Et tamen si alicui preciperetur in tali lecto diceretur. Iace et quiesce quia oportet ibi te ad centum annos iacere. Responderet potius vellem esse mortuus. Quanto magis erit de illo qui in igne ardenti erit et stabit se mouere non per centum annos vel per mille sed per infinita secula seculorum. Et totus homo cum omnibus membris suis dicitur induitur erit in igne. Et cum non posset aliquis ignem presentem sustinere in minima parte digiti per unam horam quantus erit dolor quando totus homo cum omnibus suis membris est in igne eternali. Quia ignis differt ab igne nostro secundum augustinum tamquam ignis depictus in pariete. Ex hoc patet quod quilibet dampnatus incomparabiliter habebit maiorem dolorem quam sit dolor mortis corporalis. Unde si aliquis esset homo pene admodum ut singulis momentis unguibus ferreis dilaceraretur et tamen vita contineretur ipse non tantam penam haberet quantam ille habet qui est dampnatus. Et in signum huius doloris est quod dicitur Mat 13. Ibi erit fletus et stridor dencium. Ubi sciendum est quod si singulis diebus in quibus homo dampnatus ardebit in igne infernali fleret unam lacrimam multo plures essent lacrime processure ab uno dampnato quam omnia vasa mundi caperent. Quod patet ex hoc quod omnia vasa huius mundi torquentur pariter in animo et in magnitudine. Dies vero quibus dampnati erunt in inferno non habent finem. Secundum huius distinctionis est in iudicio corporis. Illud Math. 25 Ite maledicti in ignem eternum. Unde hic est quod utrum dampnati etiam videant gloriam

L

dampnatorum in celo. Respondet Thomas li. 4 dist. ult. q. 4 ar. 3. Unusquisque et omnes videt gloriam dei et beatorum usque ad diem iudicii. Nec tamen eandem gloriam sentiunt nec comprehendunt nec etiam perfecte cognoscunt. Et videt bonum quod bonum in celo habent maiorem gaudium et magnam gloriam ut eam per videndo plus affligantur. Tanta talis visio est eis pena. Post vero diem iudicii mali amplius non videbunt bonos. Nec tamen per hoc diminuetur aliquid de eorum pena, immo plus augmentatur quia memoriam habebunt in memoria. Sancti vero in celo existentes et nunc et semper videbunt dampnatos ut ipsi laudent deum qui eos liberavit a tanta pena. Nec propter hoc tristantur etiam si videant parentes suos dampnatos. Tamen volunt id quod vult divina iusticia. Unde Psalmista: Letabitur iustus cum viderit vindictam. Unde Bernhardus: Supplicium malorum et gaudium bonorum erit per annos. Unde Gwendum(?). Sicut sic in patria est perfecta caritas et gaudium de bonis aliorum sanctorum. Ita et in dampnatis est perfecta caritas et gaudium de bonis aliorum sanctorum. Ita et in dampnatis est perfecta invidia et odium. Unde vellent quod omnes homines etiam parentes filii et filie uxores et consanguinei dampnarentur. Et nullus hominum salvaretur. Quia maiorem penam habent quando filii suos consanguinei dampnantur. Ideo dives ad hoc petiit dives in inferno sepultus Abraham ut mitteret Lazarum in domum patris sui. Habuit enim quinque fratres ut testetur illis ne veniant in hunc locum tormentorum ut habetur Luc. 16. Hoc ille dives non fecit principaliter propter fratres suos sed propter se quia maiorem penam reputabat ex dampnatione illorum. Ut tanta est pena dampnatorum quod potius vellent non esse quam in malignam naturam fuisse et vivere. Insignum huius maledicunt et etiam parentes suos. Tamen quia semper melius est non esse quam male esse. Ideo dicit Christus de proditore suo ut habetur Math. 26 Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Et insignum huius dampnati optant et querunt mortem et non inveniunt. Unde Apoc. 9: Mors fugiet ab eis. Unde Augustinus in sermone: Tunc erit in inferno mors quam et non invenient. Tunc quos in hoc seculo vita offertur et nolunt accipere. In inferno querunt mortem et non poterunt invenire. O homo cogita quam horridum sit semper velle mori et nunquam posse mori semper perdere et nunquam finiri. Unde legitur in horologio sapientie li. 2 c. 4. Pono per exemplum quod esset aliquis lapis molaris adeo magnus quod undique circumferentiam celi tangeret. Et aliqua avicula minime quantitatis post centum milia annos veniret et de lapide predicto solummodo tantum quantum rostro suo posset caperet vel

M

lexeret quadratum esset de novo pares mihi. Et vere post tercia milia annos articula sed plus secundum unam particulam decem et sic per singulas partes. Ita quod incidens ceteris in milibus annis non plus diminueretur quantitas lapidis nisi quantum hic in magnitudine granum unius milii. En pro dolor ipsi miseri mortui crederent esset quod post talem longam et plenam consumpcionem tocius lapidis totius lapidis finem haberet pena illorum. Et hec eadem consolacio huiusmodi a divina iusticia denegata est. Unde ambobus monendum est quod delectat preteriit quod cruciat. Et secundum Crisostomum in 20 de reparacione impossibile est infinita pertransire. Non est proporcio finiti ad infinitum nulla est proporcio.

Humanum dico propter infirmitatem carnis ad Ro. 6. Caro enim humana in principio creacionis fuit fortis et sana concupiscencie obediens anime. Sed per peccatum facta est debilis et infirma aggravans animam et deprimens ipsam. Unde apostolus Paulus condescendens infirmitati nostre dicit humanum dico glosa id est leve et sine opere et onere. Mathei xi. Iugum enim meum suave est et onus meum leve. Sed quod dicitur hic esse leve contrarium dicit in alio loco secundum apostolum: arta est via que ducit ad vitam. Et actus 14: per multas tribulaciones oportet nos intrare in regnum celorum. Ad hoc respondet Rabanus: in angusto initio incipi processu temporis ineffabilis delectacionis dulcedine dulcoratur. In quo autem consistit hec dulcedo tangit Hylarius dicens: Et quid iugo Christi suavius et hoc onere levius esse probatur: a scelere abstinere, bonum velle, malum nolle, amare omnes, odire nullum, inferri alteri quod sibi fieri sit molestum. Ecce quam suave sit et dulce est hinc sumitur iugum. Unde in prima sermone tria sunt dicenda que tanguntur in epistola predicta. Primo quod debemus offerre corpora et membra nostra in servicio Christi. Secundo de peccatis que inducunt mortem anime. Tercio de gracia dei que confert vitam eternam. Quantum ad primum dicit hic apostolus: Sicut exhibuistis membra vestra servire immundicie et iniusticie vel singulis sic corpus et omnia membra exponere debes in servicio domino deo. Exemplum qui habet agros divites vult quosque sibi utiles esse. Et qui diversas arbores in orto suo habet vult quod qualibet habeat fructum. Sic et dominus deus vult quod quodlibet membrum quod dedit homini vult sibi deservire. Solum auribus ergo libenter audias verbum dei et offeras eum. Oculis debes fleas contumelias quas Christo intulisti. Et manus pauperi porrigas et labores ut habeas de iusto unde vivas et pauperibus subvenias. Pedibus etiam debes sumas peregrinaciones faciendo. Ore confitendo et orando. Ceteris membris corporis ita deo servire. Et sic te plus non cohibeat timor eterni supplicii ut amor eterni premii a peccato. Sic te non cohibeat a periculo dei amore tali.

poralis formido vnde allegatur psalmista Spe'e delectacione mala facimus timore vero a bonis removemur. Item secundo. Et augustinus dicit in libro de simplicibus. Et homines zbus & tanquam serviunt deo scilicet timore comodo et amore. Namque sunt nonnulli qui si peccare impune esse nossent nulla promissione eternorum bonorum a peccatis suis cessarent. Qui licet penas illorum qui deum non verentur evadunt in salutem eternam non consequuntur. Vnde de hoc augustinus. Ipsa voluntate reus est qui vult quod non licet fieri. vnde est Gregorius in Moralibus. Si a prava actione formidata pena prohibet effectum formidantis animi nulla spiritus libertas tenet. Nam et si penam non metueret culpam procul dubio perpetraret. Alii deo serviunt vt magnam mercedem habeant premium sive in presenti sive in futura vita. De quibus deus dicere potest. Ecce quare comedi vos mea mandata servastis. Non quia me pure diligebatis sed mea lucra volebatis. Sunt illi qui christi redempti serviunt non quia eum amant sed quia dona eius diligunt. Et tale servicium non est gratum deo nec est meritorium vite eterne quod non ex caritate dei fit. vnde Bernardus. Caritas est bonum sine qua nec opus minimum despicitur. Cum qua nec magnum acceptatur. Vnde dicitur in decretis. Opera sine caritate non valent ad salutem 2 q 1 odi. vnde est apostolus 1 Cor 13. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam caritatem autem non habuero nichil mihi prodest. Alii sunt qui ex amore deo serviunt et precepta sua custodiunt et isti bonam mercedem accipient quia merces quam deus suis servitoribus solet dare qui sibi ex amore serviunt non est temporalis nec transitoria. Sed durabilis est et eterna. Luce 18 Merces dei manet in eternum. Ista merces est summum bonum eternorum gaudiorum quod dare vnicuique fideli servo qui vero amore deo servienti non timore vel comodo. Et tali dicet post illud Math 24 Euge serve bone et fidelis intra in gaudium domini tui. De illo gaudio dicit apostolus 1 Cor 2 Oculus non vidit nec auris audivit etc. Augustinus libro 22 de civitate dei. Quod deus preparavit diligentibus se fide non capitur spe non attingitur caritate non comprehenditur desideria et vota transgreditur acquiri potest estimari non potest. Quantum ad 2ᵐ dicit hic apostolus. Stipendia peccati mors est scilicet eterne. Quo sequendo. Et omnia illa que corpori morienti eveniunt contingunt etiam spiritualiter anime morienti per peccatum mortale. Et sic dicto primo vnde mors separat animam a corpore vnde augustinus. Mors nichil aliud est quam separacio anime a corpore a qua anima corpus habebat valorem suum vnde remanet corpus quasi truncus inanis et inutilis. Sic etiam peccatum mortale separat animam a deo a quo habebat valorem suum vnde remanet anima mortua spiritualiter coram deo vnde augustinus. Vita anime amor est qui non amat mortuus

tiuus est // Secundo mors aufferet mo
tum corpori Sic peccatum aufert ipsi mo
tuus non sentit pressuram Non exhibet
at demandata Non respondit vocatus
Sic etiam consistens in peccato mortali
Unde prouerbiorum 23 Verberaverunt
me et non dolui Traxerunt me
et fere deus eum vocat per infir
mitates et adversitates interdum per bo
na, vocat per predicatorem et in
ternam inspiracionem Sed ipsi peccatores
spiritualiter mortui tamen non sentiunt
Unde de hoc dicitur in ps 81 Nescierunt
neque intellexerunt in tenebris am
bulant // Tercio mors cadaver pon
derosum facit Sic spiritualiter peccatum
animam hominis ponderosam facit Unde
Zaco Unde peccatum ferente grauissimum ma
ius est toto mundo et terminus quod habet
morte Hoc patet in lucifero quem celi
presentiam non potuerit et in Dathan
et Abiron quos terra absorbuit
patet etiam cottidie in peccatis mortalibus mo
rientibus de quibus dicitur Job 21 Du
cunt in bonis dies suos et in puncto
ad infernum descendunt Si omnes mon
tes essent plumbei et super aliquem
unum caderent ipsum ad infernum non
traherent Et tamen peccatum ita est ponderosum
quod in momento illuc trahit peccatorem
Unde Exodi 15 Descenderunt in pro
fundum quasi lapis // Quarto moriens spiri
tualiter in anima per peccatum mortale perdit
divicias meritorum suorum Unde Ezech 18
Si averterit se iustus a iusticia sua et fe
cerit iniquitatem iniquitatem omnes omnes
iusticie eius quas fecit non recordabuntur
amplius Unde Job quondam Ego quondam
opulentus repente interii // Quinto mo
riens corporaliter nichil separatur de re

ceteris Sic etiam qui moritur in
peccato quidquid de genere bonorum fecit
quoniam ad regnum celorum ac si non fuit
reputatur Ysa 49 Opera eorum inuti
lia et opera iniquitatis in manibus eorum
// Sexto facit cadaver hominis mortui
super omnem fetorem ut nullus possit
habitare in eo Sic peccatum mortale a
nimam fetere facit coram deo angelis
et sanctis eius Unde Augustinus Tolleracio
bilius fetet canis putridus hominibus
quam anima peccatrix deo // Septimo mors
aufferet ab homine omnem decorem et
formam et reddit corpus abhominabile
et horridum ad videndum Sic etiam
peccatum ab anima aufferet omnem decorem
Unde Trenorum primo Egressus est a fi
lia Syon omnis decor eius primo anima pec
catrix secundum Augustinum Nigrior est cor
vo // Octava a corporaliter moriente
amicorum turba alienatur et turbatur
Sic omnes sancti et angeli ab anima
in peccato moriente alienantur et turban
tur Unde Job 19 Dereliquerunt me pro
pinqui mei et qui noverant me obli
ti sunt mei Unde Tren 1 Omnes ami
ci eius spreverunt eam et facti sunt
ei inimici Nono quemadmodum sepelitur
corpus in sepulchro Sic anima pec
catrix sepelitur in inferno Luce 16
Mortuus est dives et sepultus est
in inferno Decimo quemadmodum a ver
mibus consumitur corpus Sic anima
peccatrix a demonibus in inferno
quodammodo et modo a demonibus punitur
secundum multitudinem peccatorum quod quod habet
peccatum mortale specialem habet penam
in inferno Unde in docet Unicuique
cum viciis sunt penis pendenda
2 Reg 1 Non offeramus Unde eos Bul
in sermone O ibernalis regio
fugienda ibi est ignis ardens

frigus rigens ardor immoderatus
fetor intollerabilis mallei per-
cucientes tenebre enim palpabiles to-
rtores super peccatorum promodato vinculorum
horribiles facies demonum · tremend-
um totius ad memoriam hec repe-
rimus // Tercium ad quod precio sue
dum dicit hic apostolus gracia dei
vita eterna · i · premium pro bono opere
in gracia facto est vita eterna
// Unde hic queritur utrum quis sine
gracia possit mereri vitam eternam
// Respondetur quod non Deus enim creavit ho-
minem ad ymaginem et similitudinem
suam ut per hoc semper ex naturali in-
clinacione tenderet ad ipsum Sed
quia hoc ex sola naturali virtute non po-
terat ideo deus ei contulit quandam
excellenciorem virtutem scilicet gra-
ciam ut sic non solum ad deum tende-
ret per naturalem inclinacionem sed
eciam per virtutem supernaturalem que insuf-
ficienciam nature impleret et adiu-
varet Quia in puris naturalibus
non meremur quia sine gracia nichil fa-
cere possumus quod sit meritorium vite e-
terne Ideo dicit Salvator noster
Joh · 15 · Sine me nichil potestis
facere Unde et Augustinus doctor et
gracia dicit Desiderate amplius gra-
ciam qua sola homines liberantur a
malo sine qua nullum prorsus sive
cogitando sive volendo et amando
sive agendo faciunt bonum Et racio
est quia nulla res potest producere effec-
tum sive nature non proporcionatum Unde
aqua non potest sua virtute cale-
facere nec eciam ignis infrigidare
Sic impossibile est quod homo per se possit
facere opera meritoria vite eterne in-

R

assit alacer motus qui dicitur gra-
cia de qua dicit apostolus Gracia
dei sum id quod sum quasi dicat Totum est quod
in me bonum et virtuosum quo ad meri-
tum hoc totum habeo ex gracia dei Sed
hic queritur 2o utrum quis ex propriis
meritis possit graciam gratum facien-
tem Respondetur quod non quia hanc graciam
quam inspiratam a patre et grati effi-
cimur deo et per quam opera nostra
sunt meritoria set eciam primum solum
habemus a deo Unde nullus hanc
graciam potest mereri ex merito condigno
sed solum merito congruo // Notandum quod
communiter doctores dicunt quod licet
peccator opus meritorium non possit
facere sine gracia gratum facientem
tamen se possit illuminare per graciam
potest tamen aliquid facere quo facto
illuminatur a deo per graciam Sicut homo
non potest domum solari lumine illuminare
potest tamen aliquid facere quo facto il-
luminatur ut aperire ianuam vel fenes-
tram Sic eciam est de gracia dei deus
enim semper paratus est conferre
suam graciam Unde Apocalipsis 3 Ego
sto ad ostium et pulso per internam
inspiracionem Siquis michi ape-
ruerit scilicet removendo a corde suo
obicem peccati intrabo ad eum scilicet conferen-
do ei graciam meam quia homo debet facere
hoc quod in se est ut deus administ-
ret sibi graciam suam Unde eciam Augustinus
Qui creavit te sine te non iustifica-
bit te sine te Unde et Gregorius Omne
bonum quod agimus et dei est et nostrum
dei per prevenientem graciam nostrum per
obsequentem voluntatem Unde et Crisostomus
super Math Et voluntas debet precedere
et tunc sequitur gracia Nam ne

e

gracia sine voluntate aliquid operatur nec voluntas sine gracia potest. Ita et terra non germinat sine pluvia nec pluvia fructificat sine terra. Ultimo secundum ·4· quilibet debet se disponere ut sit perceptibilis gracie dei ut sic possit mereri multiplicia gaudia vite eterne. Racio quia dum quis est in gracia tunc semper meretur quandoque et quocumque faciat aliquod bonum opus scilicet orando ieiunando vigilando, missam et verbum dei audiendo. Et eciam fideliter laborando pro se et pro suis. Vnde in psalmo 127 Labores manuum tuarum quia manducabis etc. Et quod plus est eciam comedendo et bibendo ad conservacionem vite sue gracie ... Vnde Augustinus Cum manducas et bibis ad refectionem corporis et deo gracias agis cibus et potus tuus deum laudat. Insuper dormiendo pro sanitate corporis. Vnde etc. Gregorius Compungitur ... non vacat a merito. Et omnia iam dicta patent per apostolum qui dicit Scimus quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Exemplum quod deus remunerat eciam passum hominis qui vadit pro necessitate corporis. Require in promptuario ·q·l·

Debitores sumus non carnis ut secundum carnem vivamus. Romanorum 8. In epistola hodierna apostolus paulus hortatur nos ad mortificacionem carnis et ad imitacionem spiritus sancti. Et debitores sumus non carni. Vnde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de maceracione carnis. 2o quibus operibus caro macerari debet. 3o moribus. 4o de templari vita quam confert abstinencia cum uno exemplo. Primo ad primum quod dicitur quid sit que sit vera maceracio carnis. Respondet albertus in tractatu de virtutibus Vera maceracio carnis est cum quis sponte castigat corpus suum ieiuniis vigiliis oracionibus aliisque disciplinis et abstinencia cibi et potus Vnde in omnibus caro subiciatur spiritui. Hoc fecit apostolus paulus dicens Castigo corpus meum et in servitutem redigo. Et eciam Judith que erat mulier iuvenis et pulchra et dives vidua propterea macerabat carnem suam ... a dignitate et pro inperpetuum quod habuit cilicium super lumbos suos. Et ieiunabat omnibus diebus preter solemnes. Et eciam legitur de sancta Cecilia que habuit cilicium ad carnem suam et desuper vestes ... auream. Vnde Gregorius Abstinencia vera est, cum quis pro amore dei et salute propria non ab illicitis tantummodo et interdictis a licitis et concessis se cohibet. Item secundum albertum Argumentum vere maceracionis est cum carni nulla voluntas voluptatis sed sola necessitas impenditur. Nam voluptas mala delectat et plura exigit quam necessitas requirit. Racio secundum philosophum Natura in paucis et in minimis contentatur. Item aliud argumentum est cum quis omnia que sunt corporis odit animam suam in hoc mundo. Nam Christus dicit Johannis 12 Qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternam custodit eam ·4· Exponens Gregorius ait Tunc bene odimus carnem cum eius desideriis non acquiescimus sed refrenamus. Et Christus dominus noster et saluatore docet nos maceraci-one carnis et abstinencia. Unde Ier(onimus) sup(er) Eccl(esiasten). Cristus q(ui) no(n) fallit eligit q(uo)d tam(en) molestius e(st) s(ed) q(uo)d vtilius mag(is) eligendu(m) est. Et quicu(n)q(ue) aliud docet vel suadet ab eo tanq(uam) seductore cauendu(m) e(st). Et racio q(uia) nemo p(otest) duo regna h(ab)ere. Unu(m) hic s(cilicet) c(ir)ca corp(us) et in futuro s(cilicet) c(ir)ca a(n)i(m)am. Unde Ier(onimus) in ep(isto)la: Difficile ymo i(m)possibile est vt p(re)sentibus q(ui)s et futuris fruat(ur) bonis vt hic ventre(m) et ibi me(n)te(m) impleat. Et de delicijs transeat ad delicias et in vtroq(ue) seculo p(ri)mus sit in t(er)ra et in celo appareat glorios(us). Unde etia(m) Bern(ardus): Cum carnalibus voluptatibus pascit(ur) eternaru(m) deliciaru(m) epulis indignus h(ab)et(ur). Hec diligent(er) [illegible] p(re)ced(e)ns ponderauerat [illegible] i(n) mag(na) abstine(n)cia [illegible] sic(ut) narrat [illegible] de pluribus s(an)ctis p(at)rib(us). [illegible] qui [illegible] madida [illegible] oculos suos vt abstine(n)do punire(n)t. Hoc [illegible] Ro(manos) 8 [illegible] ad 2m dicit ap(osto)l(u)s: Si s(ecundu)m carne(m) vixeritis [illegible]. Et q(uonia)m op(er)ib(us) carnis debet(ur) duplex mors s(cilicet) na(tura)lis [illegible] culpe. Mors na(tura)lis est que omnibus ho(min)ibus. Unde ap(osto)l(u)s: Statutum est omnibus hominibus semel mori. Unde [illegible] de vita et morte: Mors et vita s(un)t omnibus a(n)i(m)alibus co(mmun)ia. Et illa mors na(tura)lis anticipat(ur) illis qui voluptuose s(ecundu)m carnem viuunt. Cena nimia et pleno ciboru(m) causat infirmitates. Unde Eccl(esiastici) 37: In multis escis erit infirmitas. Et consequenter ab(b)reuiat vita(m) et inducit morte(m). Unde Eccl(esiastici) 37: Propter crapulam multi interierunt. Quemadmodu(m) [illegible] a quoda(m) ph(ilosoph)o [illegible] est [illegible] plures [illegible] virtutis et [illegible] maturitate et pomo nouo [illegible] virtus ad modu(m) caloris solis dissoluit(ur). Sic h(om)o ad modu(m) caloris febris destruit(ur). Et sic(ut) rosa ante solis ortu(m) colore est pulcre et p(er) modicu(m) marcida, sic h(om)o in iuuentute colore est pulcre et in senectute pallidu(m). Et sic(ut) pomu(m) [illegible] videt(ur) pulcre extra [illegible] vermem intus [illegible], sic h(om)o in vita p(re)senti apparet pulcher et fortis sed interius [illegible] et calor na(tura)lis [illegible] consumit eu(m). Iste sunt [illegible] anni et dies impioru(m) s(ecundu)m iusticia(m) dei breuiabunt(ur). Prou(erbiorum) 10. Iob 22: Sublati sunt ante te(m)pus suu(m). Et hoc fit p(ro)pter tria: p(ri)mo ne peius viuendo deteriores fiant [illegible] iniquitas [illegible] ne [illegible] corrumpat. 3o ne plures quam [illegible] bonos et iustos homines affligat. Unde [illegible] Crisostomus [illegible] in [illegible] vbi dicit: Glo(sa) [illegible] oppressores pauperu(m) pupillo(rum) et viduaru(m) et predatoru(m) [illegible] sepius moriunt(ur). Tercio ne bona temporalia quibus sustentandi sunt indigentes [illegible] male viuendo nimium expendat et consumat contra deu(m) contra p(ro)ximu(m).

nim et contra salutem propriam. Secunda est mors culpe unde Jo. 5 Est peccatum quod ducit ad mortem anime. Que mors est appellanda. Quia sicut mors occidit corpus sic et peccatum mortale animam. Unde Ezech. 18 Anima que peccaverit ipsa morietur. Unde Jac. 1 peccatum cum consummatum fuerit generat mortem.

B

Pro quo sciendum quod homo tripliciter peccat. Primo quod infirmitate sicut Petrus qui per infirmitatem Christum negavit. Et tales peccant contra patrem cui attribuitur potencia omnipotencia. Secundo quod ignorancia sicut Paulus qui dicit 1 ad Thy. 1 Ignorans feci. Et tales peccant contra filium cui attribuitur sapiencia. Tercio quod certa malicia sicut Iudas qui scienter vendidit et tradidit Christum dominum nostrum pro 30 denariis. Et tales peccant in spiritum sanctum. Pro quo sciendum quod peccatum in spiritum sanctum non dimittitur neque hic neque in futuro sicut Christus dicit in evangelio Math. 12 Qui dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei. Qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in seculo neque in futuro.

C

Ubi sciendum quod peccatum in spiritum sanctum dicitur irremissibile propter duo. Primo quia non habet contritionem sicut peccatum quod committitur per ignoranciam vel fragilitatem. Quia peccatum in spiritum sanctum procedit ex certa malicia. Secundo dicitur irremissibile sicut in morbis dicitur incurabilis qui tollit ea que sunt causa curationis sicut quod debilitat naturam et tollit digestionem et decoctionem. Talis infirmitas dicitur incurabilis. Sed tamen per potenciam dei potest curari et infinitam magnam dimitti. Sed tamen cum difficultate. Ideo diligenter cavendum est ab isto peccato quod fit scienter et ex ipsa malicia.

D

Et est ab omnibus aliis peccatis mortalibus. Quia unum peccatum frequenter nascitur ex alio quod probatur. Superbus quia vult esse prelatus et dolet si aliquis ei adequatur. Et ex superbia nascitur invidia. Invidus autem quia famuli negatur et invidet iis quia ea non habet. Et non habet ex se non potest vindictam exercere. Sed ex ira nascitur accidia. Accidia vero consolacionem querit foris aliunde. Accidia autem quia in temporalibus habundat, sepius magis quam cetere gula. Gula autem per ventris repletionem de facili inclinat in libidinem et ita generat luxuriam.

E

Unde Gregorius peccatum quod per penitenciam non deletur mox suo pondere ad aliud trahit. Tercia mors est eterne pene. Nos enim videmus ad sensum quod mors corporis est terribilissima omnium que contingunt in hac vita ut dicit philosophus. Terribilissimum omnium terribilium est mors. Sed ista mors eterna est continua summa pena omnium penarum interminabilis. Quia dampnati semper morientur et numquam consumabuntur. Videmus ad oculum in infirmis quod aliquis agonizat per tres vel quatuor dies cum talem dolorem et quia amaram mortem sustinet. Tamen mors illa nichil aliud est secundum Aristotelem nisi separacio anime a corpore. O quod

tunc erit qn· dampnati et aliter
morientur. Et sine fine agonizat
in eterna morte. Vnde dicitur in ps̄
es mors depascet eos. Ex quibus
totum mundum haberet libenter dare
ret quod posset mori sicut pecus vel
animal quotidie. Vnde apoc. 9. de
siderabunt enim homines mortem et
ff mors fugiet ab eis. // Vnde hic
queritur vtrum dampnati possunt bonum
velle // R[espondeo] quod non. Quia volun
tas deliberata nostra est eis
corrupta quod nunquam possunt bonum
velle. Videmus enim tria esse loca quod
3e est scilicet superius, medium et
inferius. In supremo sunt sancti
angeli et electi dei. Et isti ita
in bono sunt confirmati quod nullo
modo possunt malum velle. In infimo
loco sunt dampnati scilicet in inferno et
isti ita sunt in malo obstinati
quod nullomodo possunt bonum velle
In medio vero loco id est in mundo sunt
homines viatores scilicet adhuc vi
uentes. Et isti vsque ad mortem
possunt esse boni vel mali vel vel
le bonum vel malum. Et etiam ca
dere in peccatum et resurgere quamdiu
sunt in hoc mundo // Item queritur
vtrum demones possunt bonum velle
aut facere. R[espondeo] quod non. Nam sicut an
geli boni non possunt peccare, sic
et demones non possunt bene facere.
Et hoc habetur in principio [illegible]
G // Quantum ad 3am partem dicit hic
apostolus. Si autem spiritu facta carnis
mortificaueritis viuetis. Et hoc
triplici vita. Primo vita naturali que vi
ta corporalis prolongabitur per absti
nentiam cibi et potus. Vnde Ecclesiastici

37. Qui autem abstinens est adiciet vi
tam. Et hec est vna causa quare olim
antiqui patres ante diluuium et ante
tempus tam diu vixerunt. Nam Adam
qui vixit 930 annis. Item Seth
filius Ade vixit 912 annis. Sed et
longissime inter omnes homines qui
in mundo sunt fuit Mathusalem
qui vixit 969 annis. Noe enim
habuit 600 annorum cum incepit
diluuium. Et post diluuium vixit
350 annis et totum tempus vite Noe
ante diluuium et post fuerunt 950 an
ni. Sed post diluuium homines non
amplius tam diu vixerunt propter
debilitatem sunt virtutes herbarum
et fructuum. Immo adhuc plures
sunt homines qui adhuc diutius
viuerent si abstinentiam seruarent.
Patet hoc in religiosis qui quidem
diutius viuunt quam seculares propter
abstinentiam. Vnde Ieronimus in episto
la. Mater sanitatis est abstinentia.
Et mater egritudinis est voluptas.
Crapula hominis crapulosi diuicias
mouent infirmitates. Sicut patet
in diuitibus qui lautissime
edunt et bibunt. Sed qui in absti
nentia viuunt quidem sunt sani
et diu viuunt. Vnde dicit Leo
de regi. pred. Abstinere a comes
tionibus nimiis et superfluitate
2 est summa medicina. // Secunda est
vita spiritualis que confirmatur
per abstinentiam. Vnde Io 6. Spiritus est
qui viuificat. Nam spiritus sanctus
ignis est. Vnde sicut ligna inde
crescunt et humiditas in eis con
sumitur tunc comparantur ad suscepti
onem ignis. Sic tota homini per

abstinentiam perducimur ad receptionem spiritus sancti et confirmationem vite spiritualis. // Tertia est vita eterna que per abstinentiam acquiritur. Unde dicitur Luce 6: Beati qui nunc esuritis quia saturabimini. Ubi secundum. Et enim cor hominis nichil potest replere nisi ille cuius representat ymaginem. Sicut cera sigillata non nisi proprio sigillo impletur. Sed applicetur alteri, mutato altero recipit ymaginem et priorem figuram delet. Anima autem deo iuncta recipit ymaginem eius. Anima autem luti nam speculum quod appositum soli recipit similitudinem solis, luto obiectus representat lutum. Unde Augustinus: Anima talis est qualis est dilectio tua. Si deum diligis deus es. Si terram diligis terra es. // Secundum. Et quantumcumque anima hominis in presenti divino dulcore repleatur, tamen non quietatur nec satiatur perfecte eius appetitus quousque solum quietabitur in futuro et visione divine essentie. Unde Augustinus: Fecisti nos domine ad te et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Nam omnis creatura mutabilis est et si mutabilis est secundum delectationem creaturarum est mutabilis et transitoria. Sed delectatio illa que in deo est immutabilis est et eterna. Unde Augustinus: Tanta dulcedo est summi boni ut ea visa nil ultra delectari posset. Et ideo in ipso deo sunt delectationes infinite. Unde dicitur in psalmo 15: Delectationes in dextera tua usque in finem. Nam in visione dei est summa et perfecta delectatio omnis quam homo desiderare potest. Et amplius quam unquam aliquis sanctorum potuit desiderare. Et ideo tunc appetitus hominis satiabitur et quietabitur. Unde dicitur in psalmo 102: Replebit in bonis desiderium tuum. Et tunc homo non potest plus appetere. Unde in psalmo 16: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et optimum est ibi esse et deum videre. Unde in psalmo 89: Tamquam mille anni ante oculos tuos sicut dies hesterna que preterijt. // Unde homines qui audiunt dulcissimum cantum avicule hoc quere in postilla principis corporis dicitur G. 1e.

Non simus concupiscentes malorum sicut et illi concupierunt. 1. Cor. 10. Nos enim videmus ad sensum quod quando ex aliquo facto aliquibus male contingit illi solent amicos suos premonere ne similia mala faciant ne in similia mala incidant. Sic enim fidelium amicus beatus Paulus apostolus in epistola hodierna recitat peccata populi israel quibus deum offenderunt et etiam plagas in quas inciderunt. Monendo nos fideliter ne talia faciamus ne similes eis erimus in pena. Ergo dicit: Simus non sumus concupiscentes. Unde in presenti sermone sunt dicenda que tanguntur in epistola. Primo quare non debemus malum concupiscere. 2o de ydolatria unde ortum habuit. Tertio de tentatione peccatorum. 4o de temptatione non in uno exemplo. // Quantum ad primum sciendum. Et quidem tres possunt assignari quare non debemus malum concupiscere. Prima est quia malum concupiscere est diabolicum. Concupiscentia enim mali diabolum fecit de angelo. Et adhuc ipsum hominem diabolo assimilat. Secunda est quia qui mala concupiscunt malis saciati erunt. Sicut et qui bona concupiscunt bonis saciabuntur, iuxta illud Mathei 5: Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam. Tercia est quia malum concupiscere est concupiscere venenum, et non venenum serpentis visibilis sed venenum serpentis infernalis quod deterius est. Unde Ecclesiastici 21: Quasi a facie colubri fuge peccatum. Quarta est quia mala concupiscere est vincula et carceres diaboli appetere. Unde Proverbiorum 5: Iniquitates sue capiunt impium et funibus peccatorum suorum constringitur. Unde in Psalmo 118: Funes peccatorum circumplexi sunt me. Quinta est quia malum concupiscere est mortem eternam desiderare. Sapientie 16: Homo per maliciam occidit animam suam. Unde etiam Ezechielis 18: Anima que peccaverit ipsa morietur. Et contra tales dicitur Sapientie 1: Nolite zelare mortem. Ergo concupiscere debemus toto corde graciam in presenti et gloriam in futuro, quam nullus habet dare nisi solus deus. Unde dicitur in Psalmo 83: Graciam et gloriam dabit dominus. Glossa: Graciam in presenti et gloriam in futuro.

Secundum ad 2m dicit quod propter regem ydolatre effecti sunt quidam ex ipsis. Unde Genesis 4.

ydolum in vulgari dicitur, proprie autem quia avertat hominem a deo et subdit eum diabolo contra votum quod in baptismo emisit dicendo: Abrenuncio diabolo et pompis eius. Unde si queritur: homines ab inicio mundi unde deum habuerunt, unde et ubi incepit supersticio cultus ydolorum? Respondeo: apud Babel que nunc est magna civitas, scilicet Babilonia, in qua turris gigantum constructa legitur, cuius altitudo quadraginta quatuor stadiorum fuisse legitur. In hac civitate ydolatria incepisse perhibetur. In hoc etiam antichristus nasci fertur. Unde dicitur de Babilone calix aureus qui totum mundum inebriabit. In hac civitate primus rex huius mundi nomine Nemroth regnavit. Et postmodum regnavit in eadem civitate Ninus qui totam Asiam sibi subiugavit, et ipse nomine suo Ninivem construxit, que fuit civitas magna spacio trium dierum. In qua predicavit Ionas propheta penitenciam. Iste Ninus patri suo Belo fecit ymaginem quam quicumque reus fecisset quasi adorarent penam evaderet. Unde adhuc ab eodem Belo denominantur aliqua ydola: Belphal, Belzebub. Et postea alii civitatum reges suis potentibus regibus ydola fecerunt et vulgum adorare compulerunt, ut Cretenses Iovi, et Athenienses Cecropi, Latini Fauno, Romani Romulo. Insuper demones formulas ydolorum intraverunt et per illa responsa dantes ludificabant, et ydolatria incepit. Pro quo sciendum

dum quod aliqui cristiani sunt qui hodierna die ydolatrant admodum iudeorum vitulos aureos adorancium / De quibus dicitur Exodi 32 Sedebat populus manducare et bibere et surrexerunt ludere id est ludos in veneracione vitulorum facere dicentes Hii sunt dii tui israhel qui eduxerunt te de terra Egipti / Tales illis sunt illi cristiani qui quando indiget in aliquo sed petat illud a deo vel a sanctis scilicet sanitatem corporis vel dolent caput oculos vel dentes vel aliquem temporalem acquirere vel refutacionem exhibere terrenos vel statum vel ancipiat ipsi vadunt ad phitonissas et ad sortilegos quos sibi deos faciunt dum ab eis requirunt occulta predicta vel eorum futura que ad solum deum pertinet scilicet futura contingencialiter predicere // Vnde dicit quidam Nota quod divinacio sit peccatum mortale. Secundo secundum quosdam Et est actus divinacionis per quem concluditur exercere / Primo sit quod credat per illud actum diabolum asserere quod intendit puta aliquem amorem vel furti emulatorum vel futurum eventus prognosticorum Et de talibus et consimilibus peccatis mortalibus vnus committit Vnde Augustinus Et est allegatur In decretis 26 divinaciones aut fata aut auguria observat aut attendit aut consentit observantibus Aut eas talibus credit Aut ad domum eorum vadit Aut in sua domo introduxerit aut interrogat sciat se fidem et baptismum prevaricasse et paganum et apostatam et dei inimicum et iram dei graviter incurrere in eternum nisi penitencia ecclesiastica emendatus emendatus deo reconcilietur // 2o sit quod sciat quod licet quis non credat per actum illud asserere diabolum quod intendit Tamen vult aliquid experiri vtrum aliquid efficiatur sit in tali actu vel non Et hic peccat mortaliter quia est dubius et fluctuans in fide propter temptare firmitatem et veritate fidei proponit experiri talia que scit vel scire debet per fidem catholicam esse reprobata // Tercio est sola levitate et simplicitate hoc exercet nichil tamen credens in hoc esse virtutis vel efficacie nec eciam experiri intendit an in hoc aliqua efficacia existat Et solum ex levitate et simplicitate hoc facit Et hic videtur quibusdam esse solummodo veniale peccatum maxime ad laycos et ydiotas Et quantum ad clericos qui tenentur hoc scire in iure prohibitum semper est peccatum mortale. Octavo quidem dicit que sit pena illorum Tercio secundum Raymundum Si divinatorum et maleficorum peccatum occultum sit et ponitur privata vel secreta Si notorium Tunc eukaristia negatur de consilio predilectione Et sit clericus deponendus est et monasterio detrudendus Si laycus excommunicandus ut dicitur 26 q 5 Non oportet // Raymundus ad 3am partem dicit hic apostolus 21 se existimat stare videat ne cadat // Vnde dicit quidam An quis facile cadere possit in peccatum mortale

Rᵉ quod sunt duo genera hominum // Primi sunt qui stant in timore dei et in bono proposito nunquam scienter velle peccatum mortale. Et tales non faciliter peccant mortaliter licet deus ex sua bonitate permittit eos cadere in peccatum mortale. Unde Richardus Mortale peccatum quantum non videtur non potest committi ubi gratia dei contemptore sui sed solum leprose proximi sed magno contemptu dei hoc potest probari // Tertia sunt deveniunt ad peccatum mortale // Primum quod peccatum sit contra preceptum domini licet patet per beatum augustinum dicente peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem dei // Secundum quod huiusmodi peccatum fiat deliberanter et scienter. Hoc verum patet per beatum augustinum. Et omne peccatum est adeo voluntarium nisi esset voluntarium non esset peccatum. Unde Seneca in libro de remediis fortuitorum dicit confusionem nemo peccat invitus. Unde de hoc in decretis Nemo efficitur humilis nisi propria voluntate. 32. q. 1. Non est // Tertium quod hoc fiat per assensum interiorem vel rationalis et cum consensione a ministra. Tertia in peccato duo sunt scilicet aversio a creatore et conversio ad creaturam. Patet in libro 2o et etiam in libro sententiarum distinctionibus diversis // Secundum quod illa aversio fiat cum contemptu et contra iustitiam ad ministrationem patet illud verbo Et aversio a deo ad creaturam magis est contemptus eius sic beatus augustinus in libro de civitate dei. Ubi loquitur de civitate dei et civitate diaboli dicens: Et duo amores faciunt duas civitates scilicet amor dei et usque ad contemptum sui. Et amor sui et usque ad contemptum dei // Quartum est quod illa aversio fiat cum falsa et perversa intentione quod intentio imponit finem operi. ubi 8 q. 3 Archoldus // Secundum quod homo ex delectatione momentanea postponit deum et bonum. Tertia post illam delectationem semper haberet semper vellet durare. Ut magister Gregorius libro e dyalogorum de eis compellentibus // Secundo sciendum quod timorem dei proposuerunt et conscientiam habent nimis latam. Et tales facilius et nimis peccant mortaliter hoc potest probari. Tertia tales non ponderant nisi grossiora peccata mortalia. Quia de quibus peccatis non timeat verbi gratia rudimenta gerunt non ponderat nisi sit peccatum solemnizatum Cum tamen secundum thomam 2a 2e q. 98 Quod iudex timeat scienter falsum peccat mortaliter. Item simplicem fornicationem non timeat nisi quod committat semper non adulterium Cum tamen omnis actus luxurie extra matrimonium sit peccatum mortale. Item Ebrietatem non reputat peccatum mortale nisi vomitus sequatur. Cum tamen omnis Ebrietas ex proposito sit peccatum mortale. Item offensam scientiam non ponderat nisi prius deliberasset vel audivisset proximum cum cum mathei 5 dicitur Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Et qui dixerit fratri suo fatue scilicet eum confundendo reus erit ignis [illegible] ignis. Item polluunt festa et ieiunia non ponderant. Item superbe se ornant in vestibus tunc visitare ludere vel frangere emere vel vendere vel verbis detrahere maledicere blasphemare deridere et huiusmodi. Omnes enim tales qui nec habent amorem nec timorem dei plena peccata mortalia committunt et in periculoso statu consistunt. Nam pro quolibet peccato mortali tali eterna pro unico dampnantur tam bene quam pro maiori. Unde dicitur in decretis: Unum peccatum mortale deducit ad mortem eternam de pe dis ij fecit.

P

Tenemur peccata mortalia debere mortali peccato. Unde est in dicto sue pergunt caritate [illegible] 24 q 1. Non offeramus [illegible] hic [illegible] deus permisit petrum et ceteros apostolos et eciam nobis quod permittit cadere. Secundo quod ipso [illegible] christo fit quidem de causis [illegible] propter [illegible] congregatione [illegible] sed in media congregatione christi quidam vendidit et [illegible] precepit ut Iudas. Alij quidem venderent et preciperent ut petrus et ceteri apostoli qui fugierunt a christo. Beata virgo maria indigna vendidit. Nullus ergo de congregatione [illegible]. Sed in media christi congregatione quidam vendit et indigne [illegible] ut Iudas. Alij quidem venderent et preciperent ut petrus et ceteri apostoli qui fugierunt a christo. Beata virgo maria indigna vendidit. Ny[illegible] go congregationem [illegible] quia plu[illegible] stare [illegible] et eciam [illegible]

post lapsum. Secunda causa est propter humilitatem [illegible] de se minus presumendo. Unde ysidorus libro 2 de summo bono: Plerumque utile est [illegible] desperatio quibus [illegible] ad humilitatem redeat ut humiles [illegible] consistant. Nam spiritualia vitia in quibus non incurrunt quia latent nisi que in manifestum veniunt laborant. Nam sicut in veste macula depositum non [illegible] in luto vel in cinere prius [illegible] fuit postmodum tamen mundius abluatur. Unde ait augustinus de civitate dei: Audeo dicere superbis esse utile cadere in aliquod manifestum peccatum unde sibi displiceant qui iam placendo sibi ceciderant. Salubrius enim petrus sibi displicuit quando flevit quam placuit quando presumpsit. Tertia est propter penitentium consolationem et confortationem. Valde enim de venia sperare debet qui tantos audit cecidisse et ex ipso recepi recepisse. Unde Bernhardus super Cantica: O bone Jhesu propter mansuetudinem que est in te audivimus post te currimus domine Jhesu. Audientes quod non spernis peccatores, non horruisti confitentem peccatricem, latronem non, lacrimantem contritam non, chananeam supplicantem non, deprehensam in adulterio non, sedentem in theloneo non, supplicantem publicanum non, negantem discipulum non, persecutorem discipulorum et crucifixores tuos non, ipsos crucifixores tuos. Quarta est propter compassionem proximorum. Iusticia enim phariseorum [illegible] lapsis in peccato non compati sed ipsos [illegible] indignari et con[illegible]

R

dempnacionem contra illud Luce vi. Nolite iudicare et non iudicabimini. Ex nos expedimur proximo nostro tunc de sideracione debemus primo quod ordine debemus namque quid diligere debemus et penam sui compati debemus. Unde simonch de vili gradu gaudere. Ex parte tamen ferrum. Tingitur tamen lapideum ut gemitus non exprimat, lacrimas non fundat nec proximi nec amici nec boni nec moderamine intuetur ut parcere non appareat et dolorem non condolet. Unde ipse Ihesus vidisset Mariam Magdalenam et sorores eius flentes infremuit spiritu et turbavit se ipsum et lacrimatus est, ut Gregorius libro 23 moralium dicit. Tanto enim quisque perfectior est quanto perfectius alienos dolores sentit. Secunda causa est propter maiorem fervorem et constringendum omnes crudelitati adeo gaudere fortiores et perfectiores et eciam meliores erit post temptacionem qui constringit quam ante fuerit. Sicut viatores qui vident spinas longe pressisse plures relinquunt. Unde etc. Ambrosius: Certus sum quod multis electorum suorum deus permittit cadere ut eos meliores a ruina sui resurrectione non fecisset. Patet hoc in beato Petro apostolo. Sicut in Maria Magdalena que post casum melior resurrexerit quam ante fuerit et de aliis. Quarta causa ad quartam pertinet dicit apostolus: Fidelis deus qui non patitur vos temptari supra illud quod potestis etc. Unde hec quinta. Quinta filii dei et boni plus temptantur quam mali qui sunt filii diaboli. Et

quam iusti et causa sit. Primo propter humiliacionem hominis quia temptacio est humiliacionis medicina. Sicut enim homo temptatur et peccat. Et sic tunc sicut per temptacionem non potest cognoscere nisi mediante dei adiutorio. Tunc homo humiliabitur implorando divinum auxilium ut resistere possit temptacioni. Et humilitas est virtus necessaria ad salutem. Quia impossibile est quod umquam vere homo humilis dampnabitur. Unde Bernardus in sermone: Per humilitatem ascendas ad sublimitatem quia hec est via et non alia preter ipsam qui aliud vadit cadit pocius quam ascendit. Quia sola humilitas est que exaltat solum ea que ducunt ad vitam eternam. Secunda causa: Quia temptacio conservat hominem a ruina peccati quia mentem occupat et tribulat in corpore et mentem in mente quod obliviscatur lasciviam superbie gule. Nec enim divicias querit nec honores appetit. Unde dicit dominus per prophetam: Sepiam viam tuam spinis. Tercia causa quare dominus temptacionem permittit promovet hominem ad virtutes et ad perfectionem spiritualem quia mentem premit amore te pro habere eternum. Et frequentat auxilium et sublevamen a deo ex dono divino. Capite confertur plenam graciam et virtutum. Quarta causa quia temptacio et tribulacio immunit hominem a purgatorio sic passus in deus contra pacte volt te hic purgare per illas temptaciones et tribulaciones ut in futuro non pereamus. Unde in glosa super Luce c. xi. 2 dicit. Deus ex sua [illegible] impendit non diminuit delectum. Et multo facilius est hoc pati et sustinere quam in futuro. Unde dicitur in Ecclesiastico [illegible] Augustinus. Purgatorio nulla pena temporalis est comparabilis dist. xij. c. [illegible]. Secunda causa est quia temptacio et tribulacio premium in celo augmentabit si patienter suffertur et temptacioni viriliter resistitur. Unde Bernhardus. Temptaciones quociens superare totiens coronabere. Unde etiam Ambrosius super Lucam. Corona proposita est subeunda sunt certamina. Nemo potest coronari nisi vicerit. Nemo autem potest vincere nisi ante certaverit. [illegible] quam corone maiore est [illegible] ubi maior est labor. Unde Jacobi j°. Beatus vir qui suffert temptacionem quia cum [illegible] ut prius. Et quia dyabolus malos iniquos vel raro temptat, ostendit Hubertus dicens. Dyabolus iniquos vel raro temptat quos sibi subiectos sentit. Et quia dyabolus non potest homini nocere nisi in quantum deus permittit, ostendit Augustinus dicens. Dyabolus plerumque vult nocere et non potest quia potestas eius est sub potestate dei. Nam si tantum posset nocere dyabolus quantum vellet, aliquis iustorum non remaneret. Ultimo [illegible] de hoc quod dyabolus non potest nocere homini temptando nisi in quantum deus permittit. Require in principio eodem. C. iij.

[D]icitur in [illegible] effectus esse ad [illegible] [illegible] pur dicebamus [illegible]. Tercio [illegible] in Epistola Hebreorum apostolus Paulus instruunt nos quod omnes [illegible] re et omnia bona sunt a spiritu sancto. Hoc ostendit complemento vite precedente dicens. Cum venerit veritatis.

Unde in predicto sermone tria sunt dicenda que tangit principaliter in predicta epistola. Primo quod sunt tria genera hominum in hoc mundo. 2° de [illegible] unitate malorum [illegible]. 3° quomodo quilibet graciam sibi a deo collatam expendere debet ad communem utilitatem tocius populi christiani. Circa primum notandum quod sunt tria genera hominum in hoc mundo scilicet pagani Iudei et Christiani. Pagani sunt qui nec novum nec vetus testamentum receperunt sed semper [illegible] in qua nati sunt ambulant. Iudei vero sunt qui legem mosaycam ad literam servant scilicet circumcidendo et alia legalia servando. Christiani sunt qui ewangelium Christi ore prolatum audierunt scilicet baptizando et alia sacramenta receperunt suscepto. Credentes [illegible] pagani dicuntur eo quod permanent sunt [illegible] id est in contagione originalis peccati quod ab ipsa origine contraxerunt. Sicut ostendit David in psalmo lj. dicens. Ecce in iniquitatibus conceptus sum etc. Unde etiam apostolus ad Ephe. 2°. Eramus natura filii ire id est debitores pene eterne propter peccatum originale quod inolevit in generacione nostra. Et divina misericordia semper invenit adhibere remedium contra morbum culpe originalis. Nam ab Adam usque Abraham in fide parentum parvuli salvabantur. Adulti vero deinde sacrificiis et oblacionibus ad deuocionem concitabantur. Quia in nouo que nouitate inducta fuerit cum sola fides per dilectionem operans suffeciset ad salutem. Ab abraham usque ad tempus data est circumcisio a qua mundabantur paruuli de semine abrahe. Demum sub tempore gracie institutum est a christo baptismatis sacramentum quod non solum culpam demittit sed et sanctificacionem tribuit et in regnum celorum clausum ianua per christi sanguinem introducit. Unde Gregorius. Quod apud nos facit aqua baptismi hoc apud aliquos fecit fides primum in paruulis. In adultis virtus sacrificii. Et in hiis qui descenderunt de stirpe abrahe vis circumcisionis. Et ad baptismum suscipiendum obligantur omnes homines in nouo testamento. Unde Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. Et albertus dicit. Cum aqua baptismi debet calefieri in yeme propter periculum quod ex frigida infantes tales infirmitates contrahunt. Secundum hoc Ad symulacrum multi colentes modaliter. Symulacrum multa colit qui creature cultum inheret et eas quasi toto corde colit et diligit. Ad Ro. 1. Coluerunt et servierunt creature potius quam creatori. Augustinus. Hoc solum est peccatum mortale aliquid ponere deo in amore vel adequare. Cum enim constat mortaliter ponit creaturam creatori ut avarus pecuniam. Unde apostolus ad Coll. 3. Avaricia est ydolorum servitus. Gulosus venter. phil. 3. Quorum deus venter est libidinosus carnis delectacionem. Unde in ps. 80. Non erit in te deus recens. Dicit glosa. Illud unumquodque est deus quod deo preponit in amore. Unde notandum In quibus creaturam preponit deo et ei plus servit et eam plus diligit. Sed Henricus de hassia super Genesim quinque signis cognoscitur. Primo quod aliquis plus imitatur et alium plus querit illud preponit alteri hoc clarum est. Secundum qui aliquis plus obedit aut in eo magis complacet aut cui principaliter obedit illud alteri preponit. Tercium. Cui quis alium magis se conformat aut se ei subicit tanto illud magis diligere convincitur patet quod eorum qui veri amici sunt et quorum una voluntas cum verus amicus est quasi alter ego. Quartum est per quod quis pericula et difficultates paratus est facere. Aut etiam sponte pati illud magis diligere et ceteris preponere convincitur. Quintum est quod illud quis sponte committit quod amore vel timore alicuius displacendi transgreditur aut ne ipsum contristet. Aut ei displiceat aliud obedire obmittit. Sextum est ad quod intencio vel ad cuius honorem aliquis omnia agit vel ad quem actus suos preordinat. In omnibus aliis preponit. Sed quod dicit Bernardus. Notandum quod triplex via per quam dyabolus ducit captiuos suos scilicet tenebrosa laboriosa et deliciosa per quam ducit pauperes inuitate non voluntate deficientes alios despicientes et miseriis impacientes in tribulacione blasphemando fines mediantes. De quibus dicitur Eccli 26 Mendicitatem ne dederis michi ne egestate compulsus periurem nomen dei mei. Unde Cassiodorus super psalmum 1o Qui pauper supplicat non est dei pauper. Et si locupletem qualitatem diligit non est senciendus divites voluntates talium sed insipiencie non nomina. Tales pauperes ab inopia temporali transferuntur ad inopiam eternam. Ex contrario autem veri uti paupertate que est via paradisi per quam iverunt apostoli et ceteri alii sancti Math 19 Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te. Unde Augustinus super Canticum. Non tibi displiceat paupertas tua nichil enim potest divinius inveniri. Vis scire quid locuplex sit celum emit. || 2o per laboriosam cupiditatem sicut sunt cupidos avaros qui pluribus laboribus et periculis se ingerunt propter lucrum temporale corpori non parcentes die ac nocte nunquam nullo tempore quiescentes. Unde psalmus 13 Contricio et infelicitas in viis eorum quia tales corpus contrarium et animam infelicem ponunt. Tales ab inquietudine temporali ad eterni laboris angustias transferuntur. Unde Sapiencie 5 Lassati sumus in via iniquitatis et perdicionis. Ambulavimus vias difficiles viam autem domini ignoravimus id est pauperem que est via ad deum. Si enim tales tollerassent quod paciuntur sui superati ad deum transissent. || Tercio per viam delinquencium sicut divites delicatos gulosos luxuriosos qui imitantur illum divitem epulonem. De quo dicitur Luce 16 Qui induebatur purpura et bysso qui per modicum inductus est et sepultus in inferno. Unde ceterum Ambrosius Momentaneum est quod delectat perpetuum quod cruciat. || Secundum ad quem dicit apostolus Nemo potest dicere dominus Jhesus nisi in spiritu sancto id est in caritate. Unde ille dicit vere dominum Jhesum qui in voluntate habet ut ei sicut domino suo serviat. Qui autem in peccato mortali est servus est dyaboli unde non potest esse servus Christi quam dyabolo servit Math 6o Nemo duobus dominis potest servire non enim Christus est medietarius dyaboli. Unde vult sibi totum quia malum ~~et apostolum~~. Unde apostolus 2a Cor 6 Que convencio lucis ad tenebras que conventio Christi ad Belial. || Ubi sciendum quod valde detestabile et ignominiosum est esse aliquem malum christianum quod quadrupliciter ostenditur. || Primo ratione quia malus christianus Christum negat et negando eum peiore videtur esse conditione illa quam infideles Christum fatentur primo in hoc quod infideles negant Christum verbo mali christiani vero facto. Unde apostolus ad Titum 1 Confitentur se nosse deum factis autem negant. Unde dicit Augustinus Qui ipso facto negat Christum antichristus est. Tales sunt omnes mali catholici qui verbis se fatentur et negant Christum. Contra quos dicit Bernardus Execrandum est vox operis quia vox sonat. || Item in hoc quod ignorancia infidelium est ignorancia

que aliqualiter attenuat culpam
illorum // Item multi enim iudei et
predicatori christo non fuerunt quia nus-
quam eum esse dominum suum et si libe-
ter fuissent si eum cognovissent
Sed christianus malus christo negat
servicium cum tamen eum cognoscat dominum
suum Si duo homines negarent pri-
ncipi uni servicium suum Et unus sic
diceret principi Nescio vos esse do-
minum et per istud liberatus vobis
tamquam deo meo fuissem Alius
diceret Ego bene cognosco vos esse
dominum meum sed in nullo serviam vobis
Tunc princeps magis offenderetur
de negacione secundi quam primi quia
videret se magis ab eo contempni
Sed quantum ad hoc videtur magis
contumeliosa esse negacio mali
christiani quam iudei vel predicatori
// 2o quia talis apostata est et ideo
inutilis est prout dicit hic apostolus
vere inutilis Sicut palmes cum viti
adheret est fertilis et utilis
est Sed si a vite separatur tunc admittit
illud valet nisi ad ignem ponatur
et comburatur Sic est de homine cum
christo adheret per caritatem tunc pre-
ciosus est et fructuosus Sed vero
si precisus ab eo separatur inutilis est nisi
igni infernali Ubi dicit Iohannes
15 Ego sum vitis vera et vos pal-
mites Item licet honorabile sit
esse monachum ignominiosum tamen est
esse monachum apostatam Item licet
honorabile sit esse angelum bonum
tamen ignominiosum est esse angelum
malum et apostatam Sic enim ig-
nominiosum est esse christianum ma-
lum et apostatam Et etiam

sit eiusdem precii et valoris dena-
rii boni et mali Idem de rege de
christiano bono et malo // 3o quia
malus christianus proditor est dei
tamen ipsum deum peccando impugnat
a quo habet quidquid possidet et
cum cuius expensis vivit et nutritur et
vestitur Amplius Cum hoc christianus
acceptis Et in talibus christianus
sunt dei inimici sicut dicitur Ergo
dicitur proditor Et in extremo iudicio
manifestum erit eum dei proditorem
fuisse Una fides ostendit eum ex
una parte fuisse christianum Ex alia
vero parte opera mala ostendunt eum
fuisse inimicum christi fides ostendit
quod fidelitatem christo debuit Sed opera
contraria ostendunt quod non servavit fi-
delitatem in baptismo christo promis-
sam Et per quod proditor fuit Item
fides mali christiani ad cumulandam dam-
pnacionem eius erit quia fides velud
contra leges dampnacionis ipsius Erit enim
scriptum liber fidei in corde predicitur
in die iudicii quod qui sciens peccatum
mortale committit regnum dei non
possidebit Ex alia parte in libro
conscientie sive invenietur scriptum quod ipse
mortaliter peccavit tunc quis erit
quod eum deus a regno suo excludit
// Quarto quia malus christianus infe-
lix est Infelicitas vero ista tripliciter
potest ostendi primo in hoc quod a tanta
felicitate et sublimitate christianitatis
tunc alienavit per inmundiciam
dedignatus est peccatis mortalis a se Item
in hoc quod privat se ipsum omni parti-
cipacioni boni ministrare oracionum
elemosinarum indulgenciarum que

B

C

sunt in gratia dei ab omnibus operibus meritoriis. Quando enim erat in bono statu particeps erat omnium bonorum que sunt in gratia dei. In signum huius dicitur in symbolo. Et quilibet peccator debet credere sanctorum communionem quod est consortium omnium bonorum in gratia dei. // Tercio quia quod alias est bonum erat sibi malum. Item quod alias esset salus erit ei mors eterna scilicet corporis et anime. // Quarto quia malus christianus est maledictus quod figuratum est Mathei 21 ubi christus maledixit ficulnee habenti solummodo folia et non fructus. Sic malus christianus qui habet tantum folia id est verba et non fructus id est opera bona. Unde Bernhardus. Cominus verbo vocat christum dominum suum et diabolum opere est quasi arbore cuius folia sunt dei et fructus vero diaboli. Et talis pocius reputandus est arbore diaboli quam arbore dei. Unde Mathei vij. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Iohannis x dicit christus opera que ego facio testimonium perhibent de me. Sic ergo opera que malus christianus facit testimonium perhibent de eo quod ipse sit filius diaboli et per consequens maledictus. Et ut breviter dicam. Quicumque ergo malus christianus ipse est maledictus sicut hic in psalmo. Unde Deuteronomio 27. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis nec eos opere perficit. Unde psalmo 118 maledicti qui declinant a mandatis tuis. Eciam in futuro erit eternaliter maledictus secundum illud. In die iudicii omnes mali christiani maledicti vocabuntur a christo Mathei 25. Ite maledicti in ignem eternum. // Quantum ad terciam principalem sciendum dicit hic appostolus vivimini

quod datur manifestatio spiritus ad utilitatem scilicet tocius populi et civitatis. Contra hoc faciunt qui accipiunt a deo donum sapiencie et sciencie et ingenii liberalitatis et contra faciunt. Sed maioribus querunt propriam honorem et lucrum temporale non attendentes dictum christi Mathei 10. Gratis accepistis gratis date. // Unde hic queritur utrum advocatus poterit petere salarium. Respondeo secundum Raymundum potest moderate sine avaricia facere pactum sine pecunia finita causa. Et attendi debet moderamen salarii secundum qualitatem cause et laboris et consuetudinem regionis 3 q 16 apud urbem. Item 2o queritur hic in quibus casibus et de quibus advocatus tenetur ad restitutionem. // Respondeo secundum Raymundum quod omne quod illi contra quos advocabat propter ipsius procurationem amiserunt iniuste sine dampnificati fuerunt. Unde si per cavillacionem suam absolvit ab adversario bonam causam vel eciam si ipsum contra peccato dilacionem suffendo et allegando falsum et contra iusticiam et conscienciam vel instruendo falsos testes vel instruendo clientulum denegando veritatem et pluribus terminis advocando ad invicem. // Item hic illius officii perdit amicum et propter suam infidelitatem et negligenciam iniuste amiserunt. Unde etiam tenetur eis si amiserunt propter suam ignoranciam. Et hoc simulabat se scientem et non erat. // Tercio queritur hic utrum liceat teste aliquid accipere proferendo testimonium. Respondeo quod non 14 q 5 non sane. Nisi tamen expensas ab illo qui eum producit. Et si accipit

D

E

29

corruptor accipit et tenetur ei resti-
tuere a quo recepit nisi illi dedit
ad corrumpendum testem. Tunc enim
debet dari ei in cuius iniuriam recepit
q. // Quarto quaeritur. Quid de teste
r° falso. Respondeo secundum Thomam 2a 2e q 110
Testis falsus peccat mortaliter
et tenetur ad restitutionem omnium quae
proximus eius amisit propter eius tes-
timonium // Unde sciendum quod qua-
nto quis peccat etiam in eodem
ff genere peccati quam iudex vel advocatus
Et ideo confundimus dampnabiliter. Unde
dicitur de hoc in decretis Fidelis ma-
lus peior est infideli et quantum
peccat et poenam quantum sibi de. 1 q. 1.
Item Chrysostomus de hoc. Christiani
damnati in inferno habent ignem infe-
riorem quam legitur. De Machario
transiens per heremum invenit caput
cuiusdam defuncti admiratum ab eo quae-
sivit. Locutum est quod esset caput cuiusdam
gentilis. Requisitus de peccatoribus respondit
Quantum distat caelum a terra tan-
tum gentiles de igne supra capita
et tamen sub pedibus nostris. Et infe-
riores paganis sunt mali christiani quia habuerunt maiorem
cognitionem de deo et de fide. Et si-
militer sunt mali christiani qui in peccatis
mortalibus moriuntur et scienter deum
offenderunt. Ideo quod in inferno tanto gravia-
bunt quod ignorantia quod habuerunt plei-
orem cognitionem fidei quam pagani
et iudei et sunt maioris dignitatis
et sic peccant scienter quam cetera ma-
litia. Unde Christus in ewangelio dicit
q. Servus sciens voluntatem domini sui
r° et non faciens vapulabit plagis
multis. Unde etiam dicitur in decretis

Fidelis malus peior infideli et
quanto peccat tanto poena quantum sibi
debetur. 1 q. 1. Item

Xpus pro peccatis nostris mor-
tuus est 1 Cor. 15. Ut va-
lidius apostolus scripsit apostolus
Paulus ad Corinthios. Quibus prius
praedicaverat. Et postmodum subver-
si fuerant a falsis apostolis repe-
tit ante eos quod prius eos docue-
rat scilicet passionem Christi, sepultu-
ram et resurrectionem eius quia haec
sunt fundamenta christianae fidei. Et
sequitur passio Christi traxit hominem a
malo. Et induxit eum ad bonum. Er-
go apostolus dicit hic Christus pro
peccatis nostris mortuus est // Unde in
principio sermonis tria sunt dicenda. Primo G
de morte Christi et de Adam et Eva. 2o
de humilitate. Tertio de dignitate
et honore resurrectionis bonitate // Circa
primum ad primum. Quaeritur. Quare Christus
pro nobis in iuvenili aetate pati voluit
// Respondeo 3o triplex. Primo ut ad suum ma-
gis suam dilectionem commendaret
Tamen vitam suam pro nobis dedit quando
erat in statu perfectionis scilicet 33 an-
no aetatis suae // Secundo quia non conve-
niebat ut appareret in eo non suae
diminutio et decrescentia virium
corporis suae // Tertio ut in iuvenili
aetate moriens et resurgens suum
resurgentium qualitatem in se ipso
Christus praemonstraret. Tamen secundum Thomam
et magistrum sententiarum. Omnes homines re-
surgent in aetate Christi quia tunc est homo
in perfecto statu id est 33 // Secundo quaeritur
quare Christus tempore paschae pati voluit
Respondeo primo. Quia sicut in figura olim de-..

pore pasce agnus celebratur et ymmolabatur. Sic etiam ipso pasce agnus dei qui tollit peccata mundi pro redemptore omnium fidelium dar credebatur. // Secundo quia fuit in tanto festo pasce quod est magis proprie tempus ad sumendum quo ad Iherusalem magna multitudo populi undique innotuit claruit passio Christi quam alio tempore. // Tercio quia passio Christi acerbior fuit in quo fama predicatorum magna multitudine populi prudens perdidit mortem indecentem qua in tempore ignominiosissima fuit. // Quarto quare eadem die mori voluit. Nota quod illa die Adam factus est et eadem delapsus est. Sic Christus eadem die mortuus est ut Adam et genus humanum redimeret. Unde loquendo aliquid hic de primis parentibus. Primo quod ubi Adam creatus est. Nota in Ebron de limo terre. Et postea hoc positus est in paradiso qui est locus amenissimus in oriente altior terre. In quo arbores diversi generis continet varios effectus eorum consistere ut quod ut per longo tempore de uno ligno comederet amplius nunquam esuriret. Congruo tempore de alio nunquam sentiret. De alio ut nunquam lassaret. Alio de ligno ut tenet et amplius non senesceret. Nunquam infirmaret nunquam moreretur. // Item secundo ubi Eva est creata. Nota in paradiso de costa Adam dormientis sicut in una carne ita in mente per veram dileccionem esset secum. // Item tercio collaudium

fuerat in paradiso. Nota quod creatus homo sexta feria hora tercia ubi est creatus. Et nunc imposuit nomina animalibus secundum proprietates eorum. Post hoc hora mulier formata est. Et postea de serpendo pomo comedit unde quia pro muliere precepit qui ob eius amorem comedit. Et post hoc hora nona decimas de paradiso exivit. Et post Adam et Eva in Ebron ductus est ubi creatus fuit. Primo filius primum Oc tisum ante Abel a Caym. Continuatus cognovit ipse Adam Evam. Ex eo a maledicto semine Caym nasci noluit per angeli admonitionem. Item est mulieri opponatur. Et prius Abel Seth est genitus qui fuit tercius filius Ade. De cuius semine Christus natus est. Unde post per nostre peccatis est mortuus. Et in hoc Christus nobis maximam caritatem ostendit. Iohannes xv: Maiorem caritatem nemo habet. Unde Augustinus: Unde hic quo amore te diligebat dominus. Pro te ligatus est ut a vinculis te absolveret. Pro te flagellatus est ut te a flagellis eternis eriperet. Pro te condempnatus est ut te a iudicio eterne dampnationis liberaret. Pro te coronatus est spinea corona ut te coronaret in celo. Pro te vulneratus est ut te eternum sanaret. Et pro te mortuus est ut ab eterna morte suscitaret. Primo etiam mortuus fuit amor Christi ut ait dicit Augustinus: Ex Christo inde si ligata membra habuisset quot sunt stelle celi. Et quodlibet membrorum corpus suum dedisset omnia in mortem tradidisset antequam honorem et potestate

diaboli non liberasset // Tenendum
ad 2m dicit hic apostolus Ego sum
minimus apostolorum qui non sum dignus vo-
cari apostolus hic nos docet apostolus
humilitatem habere et humilitatem diligere
quia quanto quis hic est humilior tanto in
futuro exaltabitur Et quod hoc naturali-
ter probatur per quatuor exempla pri-
mo quanto nigrior et pura tanto luci-
dior Cant. 1 Nigra sum sed secundum re-
putacionem mei et sed formosa in con-
spectu dei // 2o patet per candelam quia quan-
to magis inclinatur tanto accenditur
// Tercio probatur per aquam quia quanto magis
descendit tanto altius ascendit // Quarto
probatur in arbore quia quanto profundius di-
mittitur in radicibus tanto altius super-
crescit // Unde hic queritur utrum humi-
litas sit maxima virtutum et de
magis contra // Respondet sanctus Thomas 2a 2e
q. 161 ar. Dicendum licet est caritas
secundum philosophum virtus est circa difficile Sed
difficile est in inducibus se subicere
et propriam voluntatem propter deum frangere
hoc facit humilitas ergo est maxima
virtutum // Item probatur quod hoc Ra-
tio apponitur contrarium primi peto sed sequitur Er-
go quod hoc videtur esse maior virtus
Caritas secundum philosophum Contrarium propositum in pro-
posito etiam per humilitatem homo
a deo exaltatur Unde dicitur in psalmo
101 Respexit in oracionem humi-
lium etc. Et altius humiliatur
et exaltatur Luc. 18 Qui se humi-
liat exaltabitur. Unde Ambrosius super
Beati immaculati Tanto enim quis est
abiectior in hoc seculo tanto magis
exaltabitur in futuro Ergo quod humili-
tas est tam necessaria omnibus homi-

nibus sperandi. Item multas causas
humilitatis invenimus in nobis ipsis
in carnalibus et in spiritualibus In nobis quidem
parte corporis sed respectu eius originis
sive ortus sive sive ortus status pre-
sentis Unde Cogita unde veneris
et erubesce ubi es et ingemisce
quo vadis et contremisce Origi-
nis unde corpus venit dicens quod
putredini Job 17 putredini dixi pater
meus es etc. Attende ergo quod homo
nudus nascitur mundus impotens
et flebilis infirmus Job 1 Nudus egressus
sum de utero matris mee etc. Unde
Sap. 7 primam vocem similem omnibus
emisi plorans Attende etiam ad
quid sunt devenit corpus tuum pul-
vis eris et cinis erit Unde Gen.
3 pulvis es et in pulverem re-
verteris Item corpus a omnibus
est detestandum Ergo nota ca-
daver quod tam data omnibus // Item
in proximis nostris et infirmis et
in pauperibus habemus causas humilitatis
Unde si attendamus multos de fratribus
nostris esse leprosos multos cecos
multos infirmos et impotentes multos
tribulacionibus afflictos et nostre vite
adhuc esse etiam tales cum sine vi-
te me. // Item caveas per quantitatem se-
misse et vermes. // Unde hic queritur
Tunc dicitur cavit miseriam et ver-
mes et vilitas et hiis plura etiam
ha pena // Respondetur Elucidarius c. 7
miserie et vilitates propter superbiam homi-
num date sunt Unde etiam cum perdiderit mun-
dum et die et vilitas de morte cogita
hoc qualis sit quam nec minimus vermi-
culus resistere potest Unde et verse

pharaonem non vicit nec leones vas-
taverunt sed milites et simplices as-
secuti sunt // Secundum ad secundum dicit
sic apostolus Gratia dei sum id quod
sum. Ubi notandum quod homo per naturam
est filius ire ante quam [illegible]-
tus quia natus. Ephe. ii. Eramus
omnes natura filii ire. Hoc patet in pu-
eris sine baptismo decedentibus
Qui damnantur non propter peccatum ac-
tuale sed originale in quo concepti
et nati sunt. Sed gratia facit hominem
filium dei et heredem regni. Unde
apostolus Si filii et heredes. Unde valde
magnum et laudabile est aliquem
esse bonum christianum. Quod ostenditur
in septem // Primo Quia boni chri-
stiani dominus aliquis corporis cordi-
aliter diligit. Unde eius scriptum est

M Ego diligentes me diligo. Immo
illa caritas et fidelitas quam habet christi-
anus homo ad bonum christianum excellit omnem
caritatem et fidelitatem totius mun-
di hoc patet quia hoc. Quia nullus vellet
pro uno homine et pro uno anima
recipere mori et crucifigi si necesse esset
Quia unus etiam pro alio vellet talia pa-
ti scilicet colaphos alapas cedi occidi
flagellari crucifigi. Joh. 15 Ma-
iorem caritatem nemo habet // Secundo
quia bonus christianus est templum et
habitaculum dei. Unde apostolus Tem-
plum dei sanctum est quod estis vos. Immo
ipsi sunt celum in quo deus habitare
delectabile est. Prov. 8 Delicie mee
esse cum filiis hominum. Bernh. Immo
In hoc celum libenter inhabitat
deus quod [illegible] Non quod celos
dixit sed ut fieret. Et purgavit
ut aspiceret omnibus ut commendet
Ergo sicut gloriose habitat cum sanctis
in celo sic etc. gloriose cum bonis christi-
anis in mundo. In signum huius animas
hominis recreat cum tribus potentiis
eius scilicet ut sunt tres tamen sancte
trinitatis scilicet Memoria patris intel-
lectus filii voluntas spiritus sancti // 3°
quia unum in bonum opus concurrunt facit
scilicet unum pro nostris orando jeiunando
elemosinam dando manum porrigendo
Quia unus passus in gratia plus
valet et placet deo quam omnia opera
bona que facta sunt ab uno infi-
deli sicut a malis hominibus. Unde Ber.
Caritas est bonorum sine qua nec minimum opus
despicitur sine qua nec magnum
acceptatur. Insuper omnia bona ad de-
um confluunt in presenti et in futuro
In presenti omnia bona opera que fiunt ab
omnibus christifidelibus scilicet orando
vigilando elemosinas dando missas
audiendo etc. ad eum confluunt per
participationem. Unde ps. 118 Particeps
ego sum omnium timentium te. Et in fu-
turo omnia merita et gaudia bea-
te virginis et omnium sanctorum in
celo existentium ad eum confluent
ipsum gaudendo. Unde etc. magister sen-
tentiarum li. 4 dist. 49 Per caritatem
que in singulis erit perfecta unus-
quisque gaudebit de alterius bono
sicut gaudet si haberet in se ipso
Unde etiam Gregorius. Et omnes e-
nim [illegible] gaudium
quilibet enim inspiciet de sanctorum
patriarcharum humilitate prophetarum
credulitate et fidelitate apostolorum
caritate de martyrum stabilitate
et patientia Confessorum pietate et
clementia virginum castitate et
continentia // Quarto quia etiam

M

O

quia etiam mala sunt eis bona tam propria quam aliena. Et hoc tam in presenti quam in futuro. Hoc patet probatur. Primo propria peccata. Maria que hoc magis glorificabant per lapsum. Et fortiores ferventiores erunt quam ante fuerunt. Exemplum in David et in Petro Maria Magdalena et similibus. Unde dicit Ambrosius: Certus sum quod nullius horum nullum electorum suorum cadere permitteret si eum meliorem a casu suo resurrecturum non prescisset. In futuro etiam habebunt quia ipsis honorem et coronam celestis glorie cum tanto gaudio quod fortius surrexerunt a peccatis et per modum viriliter dimicaverunt contra carnem mundum et dyabolum. Secundo etiam aliena mala et peccata et hoc in presenti post passionem quia de eorum miseria compassionem habent. Nam peccatoribus compatiuntur ex fraterna caritate et non despiciunt nec condempnant. Luce 6. Nolite condempnare et non condempnabimini. Similiter in futuro pena malorum cedet bonis in bonum quia hoc regraciabuntur deo quod eos liberavit ab illis penis. Unde Bernhardus: Supplicium malorum et gaudium beatorum. Unde in psalmo 57. Letabitur iustus cum viderit vindictam. Et sic secundum apostolum ad Romanos 8. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Secundo quia bonus christianus semper est cum domino et dominus cum eo sive sit foris sive intus sive in mensa omni loco et tempore die noctuque in vita et morte. Unde dicit per prophetam: Non te deseram. Unde psalmo 90. Cum ipso sum in tribulatione. Unde apostolus: Sive vivimus sive morimur domini sumus. Tertio quia bonum christianum deus honorat in presenti et in futuro. Sic honorat enim quia quemlibet bonum christianum vocat intencione suum et fratrem et sororem. Math. 12. Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater soror et mater est. Et hoc est magnus honor esse et vocari fratrem et sororem regis celestis. Et in futuro faciet eum secum regnare et coronabit eum cum corona celesti. Unde in psalmo 8. Gloria et honore coronasti eum domine. Item in psalmo 20. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Sexto quia quilibet bonus christianus est benedictus a deo hic et in futuro. Unde Deuteronomii 28. Benedictus tu in civitate benedictus in agro. Et in futuro benedicetur. Math. 25. Venite benedicti patris mei percipite etc.

Fiduciam talem habemus per Christum ad deum non quod sumus sufficientes aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est. 2 Cor. 3. Hic apostolus ostendit confidenciam nostram in deo. Et hec provenit ex defectu nostro et divinum adiutorium quod nobis specialiter tempore gratie patris est impendere dominus noster Jhesus Christus. Primo in eo quod sanguis Christi pro nobis meruit nobis terra (?) primo in dimissione culpe. In signum huius habuit caput inclinatum mitte et brachia extensa tamquam extendens ea ad osculandum et amplexandum peccatores. Unde Joh. 12. Cum exaltatus fuero omnia traham ad meipsum. 2o collationem gratie. In signum huius habuit latus perforatum largiter effundendo donum spiritus sancti. Tertio apertione ianue regni celestis. In signum huius latus eius

p

sunt provocatus et apertum in cruce ut panderet nobis aditum introeundi in paradisum. Sed habet fiduciam de eius habere non quia noster iudex sed precipue tamquam patrem et redemptorem quem deus pater dedit nobis. Ergo dicit hic apostolus confidenciam talem habemus per christum erga deum. Sed in predicti sermone quarto secundum dicenda que tanguntur in epistola hodierna. Primo de triplici confidencia et de efficacia penitencie. 2o quod cogitacio nostra versari debet circa septem. Primo de insufficiencia nostra. Secundo de excellencia ministrorum novi testamenti respectu veterum. Quantum ad primum sciendum quod est triplex confidencia scilicet maledicta, mendax et secunda maledicta est illa in qua peccatores magis audacter peccant directe. Hec est ministros non duce ut communes nos dampnabit de quo dicitur Sap. 5c Vana est spes impiorum. Eccli 5 Ne dicas miseracio domini magna est multitudinem peccatorum meorum miserebitur. Secunda ideo maledicta dicitur quia deum inhonorat quem honorare debuit et inde peccat unde cessare debuit a peccato. Tercia mendax quia sperat se deum videre et aliquam conversacionem vel saltem in spe perpetuam habiturum. De qua fiducia dicitur Job 8 Aranee tela fiducia eius. Et ysa. 46 Confidunt in nichilo et sperant vanitates. Hec spes ideo aranee tele comparatur quia uno flatu in morte dissolvitur sicut tela. Quod evidenter patuit in illo divite de quo dicitur Luce 12 Anima mea habes multa bona etc. Et dictum est ei Stulte hac nocte repetent animam tuam et que congregasti cuius erunt. Tercia est benedicta et est illius qui totam confidenciam suam ponit solidamque ad deum sperans habere graciam et misericordiam et veniam peccatorum suorum consequi per misericordiam dei. De qua dicit christus omnibus peccatoribus penitentibus Mat 9 Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Ubi sciendum quod 4 insunt in iustificacione. Primo est opus potencie maxime ut dicit Augustinus Magis est peccatorem convertere quam celum et terram creare. Quia ipse dixit et facta sunt ipse mandavit et creata sunt. Nec ibi invenit aliquam resistenciam et contradictionem. Sed in iustificacione autem impiorum resistenciam et contradictionem invenit scilicet eius propriam voluntatem. Secundo est opus profundissime sapiencie eius. Quia nova cor et membra quasi vas confractum. Eccle 21 Cor fatui quasi vas confractum quod nullam sapienciam tenebit. Sapiens igitur figulus scilicet deus est qui de eodem luto alterum vas facere potuit quam illo quod fuerat fractum sicut placuit in oculis eius ut dicitur Jer 18. 3o est opus largissime clemencie quia misericorditer respicit et convertit peccatorem. Unde apostolus ad Thim. 3 Non ex operibus iusticie que fecimus nos sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Exemplum de paulo qui existens in actu et voluntate persequendi et perdendi convertit ex sua clemencia et misericordia quod factum patuit. Unde habet quidam doctor quod ex peccatorum opera mortificata per peccatum reviviscunt. Respondet sanctus in 3 parte q. 89 ar. 1 quod penitencia primum infundit graciam et per consequens dat omnes alias virtutes quas habebat. Et in alias reddat opera bona que in deo erant mortificata que constituuntur. Item quod h-

Ut per penitenciam omnes virtutes que erant perdite per peccatum restituuntur. Ut thomas ibidem dicit. Et racio est quia per penitenciam dimittitur peccatum. illud peccatum non dimittitur sine infusione gracie. Unde homini per penitenciam infunditur gracia. Et in infusione gracie consequenter ergo omnes virtutes restituuntur. Unde Ezech. quod omnes virtutes per penitenciam restituuntur. Sicut enim habemus de filio prodigo qui per contricionem et penitenciam fuit ad pristinam graciam restitutus. Dico tamen quod homo aliquando consurgit in eadem gracia aliquando in maiori aliquando in minori secundum disposicionem suam. Item sciendum quod deus per actum penitencie plus vult facere et de actu facit quam per beatam virginem et omnes sanctos faceret. hoc sic probatur. Volo quod aliquis peccator consistat in peccato mortali nolens peccare de ipso. Et si beata virgo maria filium suum unigenitum peteret ostendendo ubera quibus eum nutriebat non concederet. Similiter si omnes sancti in celo et omnes homines in toto mundo et eciam omnes creature una voce clamando peterent non concederetur. Racio est quia divine perfeccioni repugnaret. Sed si iste peccator peteret per actum vere penitencie concederetur. Ecce quanta delectacione diligit deus penitenciam.

Item penitencia est tam bona quod non potest melius intelligi. hoc sic probatur. Tam bona est penitencia quam mala culpa mortalis. Racio huius est. Tantum quantum aliquid est bonum tantum illius oblacio est bona seu istud quod affert. Sed penitencia tale peccatum aufert scilicet culpam. Sed culpa mortalis est tam mala quod peius intelligi non potest. Ergo deus qui est eius bonum quantum bonum intelligi non potest. hoc penitencia bonum quod peccatum aufert et privat. Vel aliter sic. Item sicut ipsius divinus summe iusticiam diligit ita summe peccatum odit. Et ita quanto ipso est peccatus est ipsum detestari. Semper divinum ... honor non remaneat qui penitenciam negligit et recompensat. Unde Ysidorus de summo bono libro 2o penitencia est medicamentum vulnerum. Spes salutis per quam peccatores salvantur ad misericordiam provocantur.

Circa secundum ad 2am partem illius sermonis dicit apostolus Non quod sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis. hic docet apostolus quod non debemus cogitare de nobis quasi a nobis. Sed nos et omnia nostra ad deum referre debemus qui est bonum bonorum vera beatitudo in quo debet esse nostra cogitacio unde de nobis dicatur illud Sapiencie 3. Cogitacio eorum apud altissimum pernostiendum. Et cogitacio nostra sine divino adiutorio perfici non potest. Sed circa septem.

Primo circa peccata peracta ut ea defleamus et peniteamus et satisfaciamus. Oportet enim nos satisfacere deo pro peccatis nostris quod probatur duobus exemplis. Primum est si quis litteratus vel militem aliquem contempsisset contumeliam aliquam oporteret primo quod contemptum deleret iniuriam quam posset. Similiter peccata nostra sunt scripta in nostra consciencia. Non ergo sufficit ut deum per veniam petamus nisi peccata nostra in nostra consciencia deleamus per contricionem confessionem et satisfaccionem. Secundum exemplum. Si aliquis alicui malediceret non sufficeret

quod verbis amplius non faceret nisi de
verbis quibus maledixit penite-
ret et voce revocaret. Sic peccator
quotiens mortaliter peccat spiritualiter
loquendo totiens maledicit deo in-
quantum contra eius precepta facit et
ipsum vilipendit. Unde ysa. 52. Cot-
tidie nomen meum blasphematur.
Unde applicatur Nomen dei blasphe-
matur per vos inter gentes. Necesse
sive est ut homo de verbis in quibus
deo maledixit doleat. Item et
culpam suam per contritionem et puram
confessionem recognoscat. Preterea illud
pro. 18. Iustus prior accusator est
sui. Unde ysa. 43. Narra si quid habes
ut iustificeris. Tercium quia. Sicut
debitor a debito non absolvitur
nisi debitum debitori solvat. Sic
peccator a peccato omnino non absolvitur
nisi deo satisfaciat. Quare enim
peccatores tenemur dei debitores sumus.
Ideo cottidie oramus in dominica oratione
Dimitte nobis debita nostra. Unde et
Augustinus in libro de penitentia. Ad agen-
dam penitentiam non sufficit mores in
melius commutare et a malis factis
recedere nisi et de hiis que facta
sunt satisfaciamus deo per penitentie dolo-
rem per humilitatis gemitum per
contriti cordis sacrificium cooperan-
tibus elemosinis. Unde Bernhardus. Si
vis agere penitentiam perdere opera meis
corpus affligere. Iudica te ipsum ut
non incidas in manus dei viventis.
4 Credo nota precepti ut ea impleamus.
Eccli. 3. Que precepit tibi deus illa co-
gita semper, quia absque illis paradisum eter-
ne beatitudinis intrare non valeamus.
Math. 19. Si vis ad vitam ingredi

serva mandata. Ubi sciendum quod di-
vina precepta adeo sunt cathenata ut
qui unum transgreditur omnia transgreditur.
Tenia per unius circulus cathene con-
fringitur totum quod per eam ligatur dissol-
vitur. Sic est etiam non quis unum mandatorum
transgreditur est tamen ac si plura trans-
grederetur licet in pluribus penam pec-
cat. Unde Iacob. 2. Si quis totam legem
servaverit offendit autem in uno pec-
cato mortali deum offendit inimicus
dei constituitur. Et si sic decedit eter-
naliter condempnatur. Non tamen tantam penam
habebit quantum iste qui in multis pre-
ceptis transgreditur. Unde scire quod
Ista precepta sunt levia. Respondetur quod pre-
cepta aliquibus sunt levia et aliquibus
gravia videntur. Primo levia sunt mag-
nam caritatem habentibus. Tanta caritas omnia
suffert omnia sustinet. Unde mat. 11. Iu-
gum enim meum suave est et onus meum
leve. Unde 1 Ioh. 2o. Mandata eius gra-
via non sunt. Unde Bernhardus. Omne opus
grave caritas leve esse facit. Et post
in expositione fidei catholice. Anathema
sit qui dicit deum aliud nobis pre-
cipere et hominem illud adimplere non
posse. Ex levitate et maiori premi-
um quod promittitur servantibus precepta dei.
Unde ysa. 64. Oculus non videt deus
absque te que preparasti expectantibus
te. Unde et applicatur 1 Cor. 2o. Oculus
non vidit nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit. 2o gravia sunt modicam ca-
ritate habentibus de quibus dicitur Math.
7. Arta est via que ducit ad vitam.
Et est in ps. propter verba labiorum
tuorum ego custodivi vias duras. 3o
cogitare debemus cottidie passiones Christi.
1 pet. 3o. Christo in carne passo et

F

A

nos ea cogitatione cremamur contra omnia
mala. Unde augustinus de verbis apostoli
sermone 81 Hec medicina tamen sanat
quecumque cogitacio possit. Nam quod su-
perbia sanari potest per humilitatem fi-
lii dei non sanatur. Cupido avaricia
sanari potest. Ex paupertate dei non
sanatur quod impietas per non caritate
filii dei. Item sciendum Est certissimum
signum est quod homo deum diligit quia
passionem eius et mortem et mortem fre-
quenter cogitat. Et racio huius est
Quia amor non est nisi quidam mo-
tus amantis in amatum. Et ideo amor
cordis horum quiescere non sinit sed
cottidie movet ipsum ut cogitet de a-
mato. Unde Math vi Ubi est the-
saurus tuus ibi et cor tuum. Unde etiam
Bernhardus Super omnia amabilem te michi
reddit calix iste quem bibisti O bone
Ihesu opus nostre redempcionis michil
allicit blandius michil exigit iustius
michil stringit forcius michil afficit
vehemencius. Quando mortem speciam
quam asperima quam molesta quam amara
sit ut mea vita nostra vegetaretur et
peccata emendarentur. Unde Eccle 1 Memoria
recordans tua. Unde hic queritur
Utrum homo terminum vite sue prestitutum
possit excedere vivendo vel citius precurre-
re moriendo. Respondetur quod unicuique statutum
est a deo quamdiu vivere debeat in hoc
seculo ultra quem terminum hoc vivere non
potest unum momentum Job 14 Constitu-
isti terminos eius qui preteriri non poterunt
Sed ante hunc terminum sepius antecipat
sive in aqua sive in bestias ruendo sive
veneno vel laqueo vel gladiis aut
undis in... Et ideo intereant homines
operibus et moribus per efficere ut
non sepius mortes sibi denegentur vivere

B

¶

cum conductum corpus expellatur. Et
de hoc habetur quomodo in veteri testamento
deus eduxit filios israel de egip-
to ut daret eis terram promissionis
quibus cum propter peccata sua non sic accep-
ti. Et ingressi illuc venirent omnes
qui fuerunt viginti annorum et ultra
qui exierunt terram egipti inde
extra mortui sunt exceptis duobus scilicet
caleph et iosue. Queritur hic quidam
Utrum liceat ab aliquo inquirere quo
modo ut videlicet statum suum post mor-
tem. Respondetur Thomas 2 2e q q arti 2
quod Supponendo cum hoc divino iu-
dicio et divino non quod dubitamus
fidei de futuro statu quasi temptamus
inquirere. Et pia et humilis intencione
non habet. Verum ad subveniendum defun-
cto per suffragia. Quod est quod homi-
demonis. li. 2. Implero naturalis desi-
derii non est primum nisi aliquis mor-
dinatio adiungeretur. Verum in tibona
cum sicut desiderat per Metha de
Et non spectans zbris condicionibus de
predicare statum suum aliquis per mortem
michil inordinate vi hec animarum
Unde leo 2 machi ... Beatus et psalmbus
est cogitacio pro defunctis exorare
Secunda ante alius doctor addit
quod qui expetebat redditum ut christum
vi vellet et statim illo An vero aliud
sit an in inferno et gaudet predicari
indotalium peccatur quod infidelis forcet
Quid enim quod ista dispensacionem non de-
bent facere nisi honeste deuoti Et il-
los potest sic expectare qui fuerunt in sta-
tu pro devoti et de quibus presumitur
quod sic salvandi. Et dicere Inquirendo te
vinculis apparicionem recedere quod sibi dicit Re-
idem doctor quod postea quod defunctus re-
vertere non esset quibus obligatus

C

¶

credere ea que revelavit licet etiam
essent vera quia dyabolus sepe im-
mittere solet illusiones quod sic mor-
tui revelaverunt aut revelarent. Con-
stat quosdam defunctos esse in purga-
torio quos dyabolus dicit esse
in inferno ut patet hic etiam suff-
ragio premer. Etiam econtra potest
animam esse in purgatorio quam demon
dicit esse in celo ut est ex hoc suf-
fragio pertinet. // Quinto circa distri-
ctum iudicium ubi reddes rationem
de cogitationibus inutilibus meditati-
onibus hypocrisis etiam. Unde Christus de ver-
bis ociosis Matthei 12 de omni verbo ocio-
so quod locuti fuerint homines etc. Timendum te
de verbis nocivis quemadmodum sepe fe-
cisti contra deum et contra proximum scilicet increpando
per deum blasphemando maledicendo
detrahendo deridendo verba scur-
rilia et mendosa proferendo. Unde
in operibus malis commissis et de bonis
omissis. Hoc extremum iudicium beatus Hie-
ronymus sibi imposuit dicens. Sive co-
medam sive bibam sive dormiam sive vi-
gilo semper sonat vox in auribus
meis Surgite mortui venite ad
iudicium. Unde est versus Nulla res
nos ita ab omni peccato conservat immu-
nes sicut timere iudicium. // Sexto circa
penas inferni ut perhorreamus nos ab
ipsis quia sunt amare multiplices et
eterne certum sine fine haberent aliquod
esse. Et secundum Bedam in inferno
nulla est redemptio neque dolorum
mitigatio. // Septimo circa gaudia
eterna ut ea desideremus et digna
per ea operemur. Unde Ieronymus in epistola Nullus
labor durus nullum tempus longum
videri debet quo gloria eternitatis acqui-
ritur. Unde in psalmo 89 Quoniam mille
anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna.
Unde consimile de hoc quod labor huius mundi mini-
mus est respectu gaudii eterni. Legitur in vitas
patrum de quodam sancto patre qui suum
corpus inestimabiliter abstinendo vigi-
lando orando laborando vigilias et
disciplinas frequentare persistendo. Et
etiam alia bona opera incessanter faciendo
et in innocentia erat ad quem venerunt
fratres et dixerunt pater quare sic omnibus
inestimabiliter corpus tuum et in eternum ad
servicium dei reddis. Quibus ipse respon-
dit. O fili hoc facio quia considero quod totus
labor quem per mille annos possem in
hac vita pati propter deum possem non
non esset comparabilis uni hore eterne
deliciorum et dampnatorum vel uni hore gau-
dii beatorum. Apostolus. Non sunt condigne pas-
siones huius temporis. // Quantum ad
secundum dicit Apostolus. Sufficientia nostra ex
deo est non sufficiendo. Et non sumus suf-
ficientes ad bonum operandum. Nam secundum Bonaven-
turam tria sunt in bono opere primum cogitare
secundum velle tertium perficere. Primum operatur deus
in nobis quia immittendo bonam cogitati-
onem nos preveniunt, secundum nobiscum quia immit-
tendo bonam voluntatem nos sibi per con-
sensum iungit. Tertium per nos facit quia
facultatem operis tribuit. Unde propheta Omnia
opera nostra operatus es in nobis domine. Iohannis
15. Sine me nichil potestis facere. 2°
hoc non sufficit ad perseverandum in bono
incepto quia secundum Gregorium Tuto bonum
amittitur nisi a largitore custodiatur.
Notandum quod presumptio firmitatis mul-
tis est occasio ruine. Ideo Petrus volens
ceteros cavere quia sic cecidit presumpsit.
Ergo quilibet nostrum sibi debet stare in tu-
ta dei etiam quantumcumque perfectus. Unde
Eccl. 27 Si non in timore dei tenueris

te instanter subvertetur domus tua. Unde etiam Bernhardus in tractatu de septem donis: Tempora sunt quidem timoris et [illegible] nomine ipse alterum ab altero. Quantum ad quartam ipse dicit apostolus: Qui et ydoneos nos fecit ministros novi testamenti. Hic enim apostolus ostendit excellentiam ministri novi testamenti respectu veteris. Quia sacerdotes et ministri veteris testamenti offerebant arietes et thauros et sanguinem vitulorum et arietum. Sed sacerdotes et ministri novi testamenti offerunt salutare sacrificium scilicet agnum immaculatum Ihesum Christum et sanguinem ipsius domini nostri Ihesu Christi qui pro nobis in passione sua fudit et in eo nos lavit. Apocalipsis 1o: Lavit nos a peccatis in sanguine suo. Quantum ad quintum sciendum quod sacerdos qui est minister novi testamenti est super omnes angelos in consecrando et sumendo corpus Christi. Unde invenimus sacerdos in mundo potest hoc quod non potest magnus angelus in celo. Unde Bernhardus: O veneranda dignitas sacerdotum in quorum manibus dei filius tamquam in utero virginis incarnatur. Unde Ieronimus: O venerabilis manuum benedictio. O felix officium ubi sacerdos tractat dei filium. Unde etiam Augustinus: In consecratione sacre hostie tota celestis curia sibi fuit et dominus celi ad eum descendit. Ymmo sacerdos plus est beata virgine matre.

In vbus sermo sequitur

ff

Abrahe dicte sunt promissiones. Ad Galatas 3. Apostolus ex verbo salutem ... nobis promissiones Abrahe ut ex eisdem provocati consequendas eas instantius laboremus. Et nunc gesta sanctorum, nunc promissiones eorum necnon gloria eorum in scriptura nobis sepius proponuntur ut ex eorum consideratione inflammati ad imitandum eos nec animo fortius mancipemur. Et ergo dicit: Abrahe dicte sunt promissiones quas per hereditatem recipiunt, debeamus ipsum in hiis in quibus promissiones meruit imitari. Unde enim filius qui est semine precipue meret sed bona precipue hereditate. Unde etiam sed precipue vita et moribus imitari. Et secundum hunc dixit Christus iudeis qui gloriabantur se esse filios Abrahe, ut habetur Iohannis 8: Si filii Abrahe estis opera vero Abrahe facite. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda que tanguntur in epistola presenti. Primo de operibus et obsequiis Abrahe. Secundo quod tria fuerunt honorem deo exhibita. Tertio aliqua de fide catholica. Quantum ad primum sciendum est quod obsequia que Abraham deo exhibuit in tribus apparent. Primo Abraham ad deum habuit fidei devotionem. Quia cum tempore pro toto mundus sola domus et familia sua excepta erant ydolatre, ipse in medio nationis prave et perverse unum deum colebat et colendum omnibus predicabat. Unde tradunt Hebrei quod caldei cum ignem colerent eum nolentem adorare ignem quem ipsi pro deo adorabant et colebant. Et ille colere recusabat, proiecerunt eum in ignem et ex hoc circa fecerunt eius. De quo Genesis 11: In Ur caldeorum quod interpretatur ignis. Abraham autem miraculose a deo liberatus est. Unde Genesis 15: Ego dominus qui eduxi te de igne caldeorum. Et propter fidei devotionem promisit ei dominus benedictionem

G

Hec autem benedictio nichil aliud fuit nisi honorum magnificencia dignitatis equalitas dominacionumque ampliacio et omnium rerum aliarum que hominem in hac vita possunt facere reverendum. Unde dicitur Gen. 12: Magnificabo nomen tuum vehementer. Eris quoque benedictus et benedicam benedicentibus tibi. Secundo habuit ad deum spei devocionem et excepcione de dei promissis nichil omnino hesitavit. Nam cum esset sine liberis et iam esset decrepitus et Sara nonagenaria, promisit ei deus ut semen suum multiplicare vellet sicut stellas celi ut legitur Gen. 15. In quibus omnibus non hesitavit sed firmiter credidit et speravit. Unde ad Hebreos 11: Fide credidit Abraham deo sciens eum esse fidelem qui promisit. Et propter hanc spei certitudinem promisit ei protectionem. Dignum quippe fuerat ut qui totam spem suam in deum posuit a deo protegi singulari gracia mereretur. Gen. 15: Noli timere Abraham, ego protector tuus sum. Unde in psalmo 17: Protector omnium sperancium in se. Unde etiam 2o: Deus protector est omnibus confidentibus se in veritate. Tercio habuit ad deum veram obedienciam quia in omnibus que mandaverat ei deus promptissime obedivit. Unde primo obedivit ei in terra egressione sua. Precepit ei dicens: Egredere de terra tua et de cognacione tua et de domo patris tui et veni in terram quam monstravero tibi. Et statim reliquit patriam suam propter obedienciam. Secundo in proprie carnis vulneracione cum precepit ei Gen. 17: Circumcidetur ex vobis omne masculinum. Tercio in filii oblacione Gen. 22: Temptavit deus Abraham et dixit ad eum: Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac etc. Et quemadmodum pro obediencia eius in promptitudine. Omnia mox de nocte percepit et omnia que necessaria fuerant preparavit. Secundo in constancia et perseverancia. Omnia per triduum deduxit filium ad immolandum. Nec minimum propositum sed ipsius patris fuit adimpletum. Illa datum magna enim obediencia fuit in derelictione proprie et cogitacione magna in circumcisionis susceptione magna in filii immolacione que utique ex obediencia amplexus est et deo immolasset nisi angelus domini eum prohibuisset dicens ei: Ne extendas manum tuam in puerum. Unde hic queritur utrum obediencia sit maxima virtutum. Respondet sanctus Thomas secunda secunde q. 104 ar. 3o quod inter morales virtutes. Et hoc sic probatur: illa virtus est maxima per quam homo omnia dimittit propter deum. Sed per veram obedienciam omnia dimittuntur propter deum, igitur obediencia est maxima virtutum. Unde Petrus dixit Math. 19: Ecce nos reliquimus omnia. Item Actuum 5: Oportet deo plus obedire quam hominibus. 2o probatur: virtus est circa difficile secundum Aristotelem 2o Ethicorum qui dicit virtus est de bono difficili. Sed arduo hoc patet. Cum difficile est servare in iuventute castitatem, inter epulas abstinenciam, in adversitatibus pacienciam, in diviciis humilitatem, hoc modo in vera obediencia homo frangit propriam voluntatem quia obedit deo in preceptis eius scilicet ieiuniis festa celebrando missas et sermones audiendo. Et ista voluntaria obediencia est maioris meriti. Unde apostolus: Melior est obediencia quam victima. Unde dicitur in decretis: Voluntatem propriam alteri subicere propter deum et propriam succidere 8 q. 1 sciendum. Tercio probatur quia obediencia est maxima virtutum per beatum Gregorium in moralibus: Obediencia sola virtus est que virtutes ceteras menti inserit insertasque custodit. Quantum ad

3am partem dicit hic apostolus deus unus est. Unde videmus ad sensum quod sponsa sua copulata uno dilecto illud solum omnibus aliis preponit. Cum autem omnes fideles sint uno domino nostro Ihesu Christo copulati et desponsati secundum illud Iohannis, sic uniri debemus. Ergo etc. apostolus dicit deus unus est. Tercia quod verbum apostoli ad nostram doctrinam est ferendum. 3

Est tercia faciunt hominem deo uniri. Primum est rectitudo voluntatis ordinate. Nos videmus ad sensum quod aliqua duo sunt bene ordinata et coniuncta sicut patet in duobus lignis per carpentarium apte coniunctis tunc dicuntur talia bene esse unita. Consimiliter voluntas mea dicitur bene ordinata quando ad hoc se inclinat ad quod est ordinata ut suo creatori se subiciat et se pure voluntati conformet. Et quando voluntas hominis isto modo est ordinata tunc fit unio inter deum et hominem per spiritum sanctum. Iuxta illud apostoli: Qui adheret deo fit unus spiritus cum eo. Cuius quoque dicit Augustinus: Per voluntatem dei fiunt unus spiritus est cum sponso domino. Unde hic queritur utrum homo teneatur voluntatem conformare voluntati divine in volito. Respondet Thomas 2a 2e q. 19 d. Est tenemur conformare formaliter scilicet quod homo velit iusticiam dei et ordinem non conformare sed materialiter conformare non tenemur ut in morte patris vel uxoris vel proximi et huiusmodi. Secundum quod facit hominem deo uniri est amoris copulatio quod fit per ignem amoris. Nos videmus ad sensum. Est ignis autem in quo agit plurimum simul ferrum ignitum et ignis uniuntur. Consimiliter amor nichil aliud est quam unio et nexus inter duorum scilicet amantis et amati. Unde qui vult deo uniri debet deum vere amare. Nam sicut cera que sit deo unitur quod in ardentissimum amorem totaliter transformatur in deum sicut ferrum ignitum totaliter transformatur in ignem. Unde Augustinus: Talis est unusquisque qualis est sua dilectio. Si inquit terram diligis terra es. Si celum diligis ipsum es. Si deum diligis deus es. Unde psalmus 81: Ego dixi dii estis. Tercium quod facit hominem uniri deo est celestis panis manducatio. Nos videmus ad sensum quod manducando cum pane vel cum quocumque alio cibo cibatus unum efficitur. Circa istum panem celestis qui est panis angelorum inter omnia sacramenta dignius est. Nam perfectissimam unionem facit anime ad deum. Unde dictum est de beato Augustino: Nec tu me mutabis in te sed mutaberis in me. Et quicquid potest deus anime conferre in hac vita hoc confert ei qui se digne preparat ad huiusmodi sacramenti susceptionem. Unde apostolus: Tercium in illo cibo nobis donavit. Unde Augustinus: Corpus manducare vita manducare. Unde Iohannis 6: Qui manducat me et ipse vivet propter me. Circa tertium ad 3m dicit apostolus: primo quod fide Ihesu Christi datur credentibus quod certo sciendum. Est lumine enim fidei facit nos cognoscere deum quod facit nos assentire illis que naturaliter scire non possumus. Unde credimus quod virgo concepit et peperit et post partum virgo permansit. Et quod deus homo factus est. Et quod sub una hostia parva sit tam magnum corpus sicut pependit in cruce. Illud excedit omnem sensum humanum et non potest apprehendi nisi per fidem. Unde Gregorius in omelia

Fides est causa veri que apparere non potest que etiam appareat fide non habetur sed agnoscitur. Nec fides habet meritum ubi humana racio prebet experimentum. Unde in decretis: Fides non comprehendit que sunt supra racionem 2e q 1 Non habeatur. Notandum est tamen ut dicit Robertus Halkot super librum Sapientie quod lumen naturalis intelligencie potest homines ducere ad deum. Et probat hoc de Cornelio ut habetur Actuum 10. Tali deus non dimittit deficere finaliter sed mittit beatum Petrum apostolum ad eum ut eum informaret. Et dicit idem Halkoth: Ille qui conatur ab utroque intellectum et affectum, id est elevaret intellectum et affectum in deum quod illa duo non essent ligata peccatis, talis in tali lumine naturali ducetur homo quodammodo ad deum. Et tamen hoc est in gracia que est gratis et quos omnes prevenit. Unde habetur quod Respondet Thomas 2a 2e q 10 ar 3o. Et racio est quia peccatum formaliter et taliter stat in aversione a deo iuxta illud Ysa 59: Iniquitates vestre diviserunt inter vos et deum vestrum. Sed per infidelitatem homo magis elongatur a deo quam per aliquod aliud peccatum. Ergo infidelitas est maximum peccatorum. Et per consequens inducit mortem eternam Marci 16: Qui vero non crediderit condempnabitur. Et racio quare peccatum infidelitatis citius causet mortem quam nunquam dimittitur aliquod peccatum alicui nisi habeat fidem. Et sic tunc non dimittitur, condempnatur. Ergo peccatum infidelitatis magis inducit mortem eternam. Joh 3: Qui non credit iam iudicatus est. Unde habetur quod quia infidelitas sit gravissimus peccatorum. // Respondet Thomas 2a 2e q x ar 6. Heretici qui profitentur quidem fidem evangelii et eam corrumpendo corrumpunt gravius peccant quam iudei qui nunquam fidem susceperunt. Et iudei qui susceperunt figuram eius in veteri testamento quam male interpretantes corruperunt gravius peccant quam gentiles qui nullo modo fidem evangelii susceperunt. // 2o queritur utrum possit aliquis licite communicare cum infidelibus. Respondet Thomas: Illi firmi in fide sunt ita quod ex eorum communicatione cum infidelibus potest magis illorum conversio quam horum fidei subversio; non sunt prohibendi communicare cum infidelibus. Simplices autem et infirmi prohibendi sunt nisi sine magna necessitate ad eos converserent. // Tercio queritur utrum iudei et ceteri infideles compellendi sunt ad fidem recipiendam. Respondetur quod non sunt compelli ad fidem a principalibus sed potius inducere auctoritatibus scripture racionibus et dulcibus verbis. Nam coacta servicia non placent deo dist. 45 c. Qui sincera. // Quarto queritur utrum liceat per munera a christianis iudeos et ceteros infideles ad fidem suscipiendam. Respondetur secundum Raymundum: Infideles trahi possunt ad fidem promissionibus et muneribus dist. 23 q 1 c. [illegible]. Et addit Gwilh.: Et non ideo danda sunt munera pro fide recipienda quasi pacto. Sed si vellet baptizari et teneret paupertate inter christianos posset ei dari vel promitti. Sic posset christianus infideli dare non pro fide recipienda sed pro benivolencia captanda ut sic eum facilius convertere posset. // Quinto queritur utrum pueri iudeorum et ceterorum infidelium compellendi sunt ad fidem recipiendam invitis parentibus. Respondetur quod non dum ad fidem compelli non licet. Sed qui ad annos discretionis pervenerint possunt fidem recipere etiam invitis parentibus. Sed si tamen in articulo mortis hoc facerent credo quod non peccaret.

D

q. Sexto queritur utrum christianus teneatur sub precepto quandoque subire martirium propter fidem.

r. Respondet sanctus Thomas quod christianus debet habere animum paratum ut prius permitteret se occidi quam quod christum et fidem negaret vel mortaliter peccaret. Et tamen eciam relinquere propter temporalia bona tradit sub precepto quod alioquin christianus debet esse paratus magis persone rapinam omnium bonorum suorum quam christum negare vel eciam mortaliter peccare. Et ratio est quia quilibet christianus tenetur deum plus diligere quam se ipsum. Negare autem fidem aut mortaliter peccare est facere contra deum. Providet autem quod aliquis pati contra se ipsum non tantum dei honore. Respondet ut quilibet christianus potius deberet qualibet penam sustinere quam fidem negare vel alias mortaliter peccare. Sed in speciali descendere ad hanc penam vel istam non tenetur. Tamen ymo stulte faceret si quis se ipsum vel alium huiusmodi penis periculosis sollicitaret. Sufficit enim in genere et hoc habere bonum propositum et sperare in dei gratiam quod bene acturus esset si necessitas adveniret. In necessitatis articulo multi eciam conpugni in fide recepti sunt divino assistente auxilio martirium robustissime tollerasse.

q. Septimo queritur utrum expediat hominem imperfectum se sponte subire martirio.

r. Respondetur. Est enim instinctus divinus sicut motus hominis interior est. Et tales in magistris multitudine reperiuntur fidem negasse utputa per Eusebium libro vi Ecclesiastice historie c. 3. Ultio non quam. Quidam sacerdos catholicus apprehendens fidem catholicam esse veram ab hereticis non est lesus. Erat quidam devotus sacerdos qui quendam doctorem manicheorum invenit seducentem populum simplicem. Sed quia erat versutus nimis et concludere eum verbis non poterat omnibus audientibus dixit: Ignem plenum in medio platee. Et nos ambo intremus in flammam. Cuius nostrum non fuerit exustus huius fides vera esse credatur. Quod cum dixisset iste devotus valde placuit populo et statim ignis accenditur. Tunc sacerdos apprehendit hereticum cepit eum secum trahere ad ignem. Non ingrediar ita sed unusquisque singulariter ingrediatur. Primus tu in deo intrare qui hoc ipsum proposuisti. Et sacerdos in nomine christi consignans se ipsum in medias flammas ingressus. Ignis vero hinc et inde diffugit et stetit ille in medio ignis in nomine domini et in nullo penitus lesus. Videntes autem populus perfidum cum ingenti admiratione clamavit. Et omnis populus benedixit deum dicentes mirabilis deus in sanctis suis. Ceperunt ergo perurgere hereticum ut eciam introiret ignem. At ille reluctans cepit et subtrahere se. Tunc comprehendentes eum turbe miserunt eum in medio ignis. Et statim circumdedit eum flamma atque urens semiustum reddidit. Et illum quidem hereticum populus cum confusione de urbe eiecit et dicens omnibus seductor. Illud vero apprimentes se et benedicentes deum ad ecclesiam cum honore perduxerunt. Et sic christiani fuerunt letati et heretici confusi.

Spiritu ambulate Gal. v. In epistola hodierna apostolus invitat nos ad vitam spiritualem dissuadens vitam carnalem. Ergo dicit hic in principio epistole: Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis. In presenti sermone quatuor sunt dicenda que tanguntur in presenti epistola. Primo de perfectione spirituali et de restitucione rerum iniustarum. Secundo de peccatis notabilibus. Tercio de divitibus. Quarto de illis qui ipsi sunt et per que signa tales agnoscuntur. Quantum ad primum sciendum quod ad perfectionem spiritualem duo requiruntur. Primo quod homo sit levis ad contemptum mundanorum. Nos videmus ad sensum quod homo volens pergere magnum pondus ipsum deprimens solet deponere et alleviare se magis in pede. Consilio quoque amicorum terrenorum deprimit animam nostram ne in vita spirituali proficiat. Ideo necesse est ad hoc ut homo possit proficere contempnat terrena. Omnia contempta sunt ipsum alleviant ut proficere possit. Unde Ezechiel. Cum michi omnia divitiarum abstulit me ad currendum nunquam expedit. Ideo difficile est habenti multas divitias in spirituali vita proficere. Et presertim divitem regnum celorum intrare. Hic quod difficile est confidentes in pecuniis regnum dei intrare. Et iterum ipse dicit Math. 19: Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare regnum celorum. Ergo impossibile est divitem intrare regnum celorum. Secundum illud verbum Christi non est intelligendum de omnibus divitibus. Quia David Abraham et Iacob pro filiis Israel. Et plures alii in veteri testamento divites fuerunt et tamen salvati sunt. Quia etiam in novo testamento Sanctus Henricus imperator, Ludovicus rex Francie, Wenceslaus rex Bohemie. Et multi alii qui divicias habuerunt et tamen salvati sunt et regnum dei possederunt. Sed dicendum de quibus divitibus hic loquitur Christus. Verum de illis divitibus qui hic epulose vivunt secundum corpus et res suas iniuste acquisitas superflue et male expendunt superbiendo mechando luxuriando ludendo et cetera. Et etiam illi divites qui nimis amant divicias et pauperibus non subveniunt. Sicut de divite epulone Luce 16. Qui induebatur purpura et bysso. Qui Lazaro mendico micas panis denegavit. Et sequitur quod possident scienter res iniustas quas restituere tenentur. Pro quo sciendum quod plures sunt quibus oportet fieri restitucionem pro posse. Primo virginitate et virginitate privantes. 2º a religione aliquem indebite retrahentes. 3º vel in fama ledentes. 4to membra mutilantes vel vulnerantes. 5º furtum vel rapinam vel usuram aliorum recipientes. 6to dampna per ignem in agris in prato et in ortis inferentes. 7º in memoria dolose decipientes. 8uo ad emendum plus quam pro prompta pecunia vendentes. 9º aliorum res mala fide emptores. 10º mechanica sua artificia dolose in preiudicia tegentes et talia sunt pro bono vendentes. || 11o uxores maritis iniuste subtrahentes. Et prius adulterium de alieno nutrientes. || 12o famuli et famule domus suis infideliter servientes. || 13o mercedem laboratoribus debitam retardantes. || 14o inventas res non restituentes. || 15o dona a iudicibus recipientes. || 16to mercimonia mala sue terre pro bono vendentes. || 17o bella et guerras iniustas mouentes. || 18 clerici et religiosi bona ecclesie male expendentes. || 19 oblationes et denarios debitos non solventes. || 20 debita non solventes. Et etiam damna que per eorum intulerint per retentionem aliene rei non recompensantes. Et plura multa que omnibus et singularibus distinctionibus indigent prout in summis doctorum reperies. Et ergo in hoc eodem sermone dis. xij. Et hec restitutio debet fieri et integre et ipsi persone si stat vel heredibus eius aut si nescitur in pios usus convertatur. Et si est manifestum tunc per se ipsum restituat. Si vero occultum tunc etiam in occulto per confessorem fiet restitutio. Causa est autem secundum Augustinum. Et ergo allegatur in decretis: non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum di. 14 q. 6. Cardinalis. || Secundo ad hoc quod homo in vita spirituali perseveret est amor dei. Quia enim diligit deum semper perseverat in bono et nunquam tepescit. Unde Bernhardus: O bone Ihesu nunquam est amor tuus otiosus qui te diligunt non tepescunt. Nam sicut agit calor naturalis in corde hominis hoc agit amor dei in anima. Sed nunquam videmus quod calor naturalis in corde quiescat ipso vivente non sunt quiete hoc maxime in sompno apparet. Tamen anima nec corpore quiescunt

et non mouentur, similiter ante cor plenum est calore nullo tempore in tota vita hominis quiescit. Sic etiam amor divinus quod est quidam calor naturalis nunquam sinit ipsum quiescere sed mouet ipsam animam ad operandum bona ad operandum. Unde Augustinus: Nunquam est amor dei otiosus, operatur enim magna si est. Si autem operari renuit amor dei non est. Unde hic est notandum quod secundum Albertum in tractatu de virtutibus argumentum vere vite spiritualis hoc tamquam spiritus carnem penitus domatur qui tam cito et tantum sentit modicum spirituale sicut corporale. Quia tam cito studet mederi spiritui quam corpori quanto dignior est quam corpus. || Secundum argumentum vere vite spiritualis est: Quia tunc delectatur in cibis spiritualibus sicut corporalibus. Et non inuite negligit aliquis hominum cibum spiritualem sicut corporalem. Et tunc se cogit ad cibos spirituales et non appetit sicut infirmus se cogit ad corporales et eos fastidit. || Tertium est: Si tam paratus est in omnibus obedire spirituali medico pro sanitate anime sicut carnali medico pro sanitate corporis. Si tunc studet acquirere et multiplicare et conservare et vult expendere dona spiritualia sicut seculares bona temporalia. Et tanto magis diligens est de spiritu quam de corpore quanto dignius est spiritus corpori. De hiis dicit apostolus: Qui secundum carnem sunt que carnis sunt sapiunt, qui vero secundum spiritum sunt que spiritus sunt sapiunt. || Quantum ad secundum dicit apostolus: Manifesta autem sunt opera carnis que sunt fornicatio immunditia impudicitia luxuria ro. Similia parte illius

R

B

epistole enumerat apostolus peccata vari-
mus que sunt peccata mortalia Et ita
qui talia agunt regnum dei non
consequentur Pro quo sciendum
quod peccatum mortale quatuor modis
committitur // primo quando scit se facere
contra preceptum dei et contra preceptum
prelati vel ecclesie vel aliquod verum de-
scriptum variis modis ut contra
votum emissum Et in hoc peccat
Quantum ad secundum dicit apostolus. Cum omni humilitate et mansuetudine in omni patientia supportantes. In verbis istis specificat apostolus ea que exigunt dignitas ad quam vocati sumus innuens hic virtutes scilicet humilitatem mansuetudinem patientiam unitatem in vinculo pacis. Tamquam valde necessarios nobis hiis qui volunt ad regnum celorum pervenire. Ad quod quilibet homo vocatus est. Ad quod nullus proveniet nisi sit virtuosus. Et propter hoc quod quilibet homo magis amandus est quam aliis virtutibus et interioribus actibus bonis quam exterioribus ceremoniis et cerimoniis corporalibus. In virtutibus enim et in interioribus actibus bonis principaliter consistit meritum nostrum et salus nostra. Ceremonie exteriores et corporales exercitationes in ieiuniis vigiliis et ceteris huiusmodi sunt instrumenta perveniendi ad illa interiora nec sunt bone nisi in ordine ad huiusmodi finem. Aut magistri a bonis actibus interioribus impediuntur. Porro autem ceremonias transgressus illos et exteriores corporales ritus et observantias quas patres instituerunt a viris sanctis probis devotis et magnis religiosis ut sunt genuflexiones inclinationes prostrationes ieiunia festivitates processiones. Unde quilibet specialiter toto conamine studio debet querere et habere virtutem. Unde Aristoteles i Ethicorum: Virtuositas beatissima est vita. Unde dicit quidam: que sunt signa per que virtuosus homo cognoscitur. Respondetur quod sunt septem. Primum est quod alios homines diligit qui virtuosi sunt propter virtutes quas in se habent. Unde Seneca: Beatus est qui multis virtutibus habundat qui alienas amat. Unde etiam Augustinus: Alienas virtutes amare est in omnibus proficere. Secundum est quod habet dilectionem ad dei precepta et ad ordinationem ecclesie et ad precepta ecclesie in celebratione festorum et non transgressor efficitur. Unde Joh. xiiii: Qui habet mandata mea et servat ea hic est qui me diligit.

3 Tercium signum est quod castigat corpus suum cum apostolo. Apostolus Cor.: Corpus suum tamen suum castigat et coercet per oppositum diaboli qui in divite epulone in deliciis vivebat.

4 Quartum signum est quod quis non est sui capitis nec proprie voluntatis sed humiliter submittit se aliis et se informationibus aliorum. Sed quidam dicit unde causatur capitositas. Respondetur: ex superbia quia homo putat se esse sapientem et prefert se aliis. Rom. xii: se in propria [illegible] habundat. Et tales vix umquam aliis humiliando se. Unde Gregorius: Valde difficile est ut is qui se sapientem estimat mente ad humilitatem reducat.

5 Quintum signum est quod quis portat bona honesta utilia verba profert. Unde Tullius: Virtute prima [illegible] consistit. Oppositum ostendunt qui turpia et inhonesta verba proferunt. Unde etiam Job in verborum pondere probabo consistit vite humane.

6 Sextum signum est quod habet patientiam in adversis. Oppositum ostendunt iracundi et impacientes. Unde Gregorius: Temporalis [illegible] apud se lateat illata gratia probat. Unde idem Gregorius: Ego virtute patientie signis et miraculis maius credo.

7 Septimum signum est quod quis omnia verba et facta proximi in meliorem partem interpretatur et non libenter audit malum loqui de proximo. Nec facile credit. Unde quidam regula iuris: Omnia dubia sunt in meliorem partem interpretanda. In signum huius apostolus dicit Luce vi: Nolite iudicare.

Circa tertiam partem dicit hic apostolus: Unus deus et pater omnium. In quibus verbis apostolus ostendit

nos esse fratres quia habemus unum deum
et unum patrem ergo sumus invicem fra-
tres / Dicitur non debemus despicere fra- 2
tres nostros infirmos et defec-
tuosos. Unde etc. Gregorius: Omnes
fratres sumus imperatore precioso con-
diti et sanguine redempti. Et ide-
o fratres nostros quantumlibet pauperes
et abiectos in nullo despicere debemus.
Et racio huius est: Tercia quilibet
nostrum potest talis fieri adhuc ante
finem vite sue si deus permiserit. Sed
Tenens Sircdus mutuus sic. Et te
tibi velles compati et non derideri,
etiam despici. sic non facias proximo tuo
defectuoso. Unde Math. 7: Omnia que-
cumque vultis ut faciant vobis homines
et vos facite illis. Unde Tho. 4: Quod
ab aliis oderis tibi fieri, vide ne tu fa-
cias illis. / Unde secundum 4 inter
omnes infirmos homines leprosi sunt ab-
iectissimi. Modo loquendo de leprosis:
Tercia est quod deus consolatur leprosos
ut bonam confidentiam habeant de deo
licet coram mundo sint abiecti / Primum
est quod Christus et sancti in presenti vi-
ta venerati sunt leprosos. De Christo patet
Math. 8 ubi dicitur quod leprosus adve-
niens dixit: Domine si vis potes
me mundare. Et extendens Ihesus
manum tetigit eum dicens: Volo mun-
dari. Et confestim est mundata lepra
eius. Item Luce 17 decem leprosi
occurrerunt domino Ihesu procul dicentes:
Ihesu preceptor miserere nostri. Quos
ut vidit dominus dixit: Ite et osten-
dite vos sacerdotibus. Et factum est
dum irent mundati sunt. Egidius et
sancti venerati sunt leprosos in presenti
vita. Nam beatus Martinus episcopus
leprosum pessimus obvium habuit
quem osculatus est et statim sana-
tus est. Egidius sanctus frequenter
simul libenter et fideliter leprosis
servisse scribitur / Secundum est quod dominus noster
Ihesus Christus maxime filius mundis-
simus et speciosissimus voluit re-
putari in fine vite quasi leprosus livo-
ribus et sputis in passione plenus.
Unde Ysa. 53: Non est species ei neque
decor et nos reputavimus eum tamquam
leprosum et percussum a deo et humilia-
tum. Ipse autem vulneratus est propter ini-
quitates nostras et attritus est
propter scelera nostra. In quo dat
nobis magne paciencie exemplum. Cum enim
innocens Christus pro alienis peccatis
sic voluit pati, tunc non quasi nos
hec delicta lete patiamur. Insuper
Christus etiam per reputationem
suam qui ad claustratus adeo(?) sedecerit(?)
in signum sui infirmitatis plures
in alia infirmitate se visus est
apparuisse. In signum quod tales lepro-
si mundo despecti sibi amici sunt
si pacienter infirmitatem tolle-
rant. Et in signum huius quidam
quibus carissimus dat tale infir-
mitatem. Apoc. 3: Ego quos
amo arguo et castigo. Unde dicit
super Ozee l: Cum diligitur (?) videtur
qui non diligitur. petens suus dicit
tur. Etenim quod Christus inventus est
in lecto in forma leprosi. Legitur quod quo-
dam mulier nobilis consueta est
recipere pauperes et ferventer eis
ministrabat ipsis et abluere pedes
eorum more Ihesu Christo. Cum sic
inveniret pauperem quendam
miserabiliter ut videbatur afflictum
et ulcerosum introduxit eum in
domum suam viro eius absente.
Et cum ille peteret balneum pau-

illi. Qui cum diceret quod balneum
quod non posset comburere nisi in mol-
li lecto posuit eum in camera sua.
Cum autem uxor eius credens quod
in sponso et camera subito intraret
Et in lecto uxoris invenit positum
infirmum quem cum crederet adulte-
rum et vellet eum cum impetu irre
occidere super lectum eius apparuit
ei dominus in eadem forma qua illum re-
pendit in terra dicens. Quid me persequeris
cui hec que te passus sum et hec vol-
neri pro tua salute persolvi. Tunc
autem perterritus et prostratus ad
terram oculos erigere et orare
post nichil invenit. Et gratias
ad dominum beneque hospites et prius
pro pauperum factus quesivit ab
uxore que ei omnia narravit.
Ut patet de amore libro 2°. Item
Martirius monachus qui in forma
leprosi portavit Christum in pallio suo
super dorsum suum. Legitur quod quidam
Martirius nomine vite valde venerabilis
monachus fuit qui ex pro monas-
terio visitationis causa ad aliud
monasterium tendebat cum quendam
per ceperat perquerens [illegible] leprosum
quem densis vulneribus elephantinus
morbus per membra fedaverat
invenit in via volentem ad suum
hospitium redire et pre lassitudine non
valentem. Ipse vero in tantum se hec per-
hibebat hospitium quo vir malig-
ne festinabat. Vir autem dei cuius
lassitudine misertus pallium quo vesti-
ebatur in terram prostratus [illegible] quod
pendit ac desuper leprosum posuit eum
que pro pallio undique constrictum su-
per humeros levavit forciter vehe-
bens devehit. Cumque iam monasterii

foribus appropinquaret [illegible] in-
monasterii magnus clamoribus dice-
re cepit. Currite cito fratres monasterii
aperite quod frater Martirius venit portans
dominum. Statim vero ut ad ostium monasterii
pervenit qui leprosus esse videbatur de
collo eius exiliens et in eadem specie
apparet qua recognosci solet redemptor
generis humani. Ad celum vero ipso aspicien-
te rediit et quod ascenderet dixit Mar-
tirie tu me non erubuisti super terram
ego etiam te non erubescam in celo.
Qui cum sanctus vir monasterium intraret
est ingressus et pater dixit Frater Martiri
ubi est quem portabas. Respondit Ego
si scivissem quis fuisset pedibus illius
eum tenuissem. Tunc vir Martirius nar-
rabat quod cum eum portaret ponderis nil
sensisset. Tercium est quod consolari
debet tales leprosos. Quia ipsi per talem
infirmitatem similem passioni Christi purgato-
rium hic abolere qui est maxima utilitas
patens hic in dicto viri dicimus in decretis
[illegible] nulla pena temporalis est
comparabilis dist. 24. Qui in aliud
Et certum est quod vita eorum est penalis
et deus non punit bis in idem. Naum
primo. Affligit [illegible] in presenti ut non affli-
gat te [illegible] in futuro. [illegible] consolari
debet quod tales [illegible] et gaudium [illegible]
[illegible] Tunc quod infirmitas eorum [illegible]
ta est quod multiplex est quod infirmabi-
lis est [illegible]
Condite in illa [illegible] et [illegible]
[illegible] Item sciendum
est quod leprosi et alii infirmi se
diligenter [illegible] primo ne mur-
murent contra deum impatienter quod lep-
[illegible]

3

E

patrum iuste patitur. Nam pro quolibet
peccato mortali etiam pati meretur. Iste
ergo punit pro talibus tamquam misericors
filios inobedientes flagellabat.
Ad Hebr. 12: Flagellat omnem filium
quem recipit. Gregorius: Eciam recipimus
sicut a patre flagellorum ver-
bera si in numero filiorum et electorum.
Ut supra. Non est ergo mundus decens pa-
tibus quod nulla verberum flagellatur
adversitate. Idem Hugo et alii. Item
ini deinde diligenter attendere futuram
gloriam que dabitur eis si pacien-
tes fuerint. Ut supra de primo. 60
Tercio vite future premia diligenter con-
cogitat mala etiam vite presentis mi-
nime potest quod contra illius dul-
cedine huius amaritudinem deportat.
Tercio ut luxuriam diligenter fugi-
ant non solum ad actum sed etiam quantum
ad minima delectationes et malas af-
fectiones. Videns enim diabolus le-
prosos forte in aliqua sentencia ad
voluptate luxurie inter eos pro-
vocare. Et tales enim in tali peccato
communiter infestat. Tercia ut ab
yra se diligenter caveat. In quo infir-
mi facilius conveniunt. In quibus
plus eos infestat invidia et ira et invi-
dia. Hec invidia populum expellit
et dyabolum in medio ducit. Hec est fo-
mes paci probat. Hec pacem facit
omnem mutuam. Hec invidia facit
talem hec duplicem miseriam. Hec
in presenti paupertate desperacionem
et infirmitatem et in futuro dampna-
cionem eternam. Et ergo leprosi dum
habeant mutuam caritatem et pacem ad-
invicem. Et semper deo gratias agere
de infirmitate que data est ei ad

augmentum glorie. Fiat ei ad aug-
mentum pene et culpe. Ut Bern-
ardus: Non sunt condigne passiones huius
temporis ad penam quam dimittit,
ad gratiam quam immittit, ad gloriam
quam promittit. Item studeant contra le-
prosi pre aliis plus ad moderate tene-
re dispensando primo quod eorum infirmi-
tas gravior est innumerabilis sin-
gularum. Unde eo ipso quo infirmiter
ad ad modicum motus promptior
moventur. 2o quia ad eorum infirmi-
tatem facilius alia infirmitas pu-
pestilencia addi potest quod sanctus medicus
Ut supra. Item licet pati quoniam
ho non privatur filius thori vel
et. Ut hic queritur utrum sit debito
negro leprose. Responde leprosi volentes
non solum invicem. Et tenetur
coniugio ad reddicionem debiti. Extra
c. 1. Et hic leprosi etiam coniuges
invicem si inveniet volente. Extra
e c. ij. Secundo queritur utrum coniuges te-
cohabitare coniugi suo leproso. Respondetur
sanctus Thomas in 4. dist. 3. licet tene-
reddere debitum non tenetur ei co-
habitare. Non enim tuto miscentur
quo cum sit quod recepti cohabitare.
Et Hostiensis dicit: Sufficit leproso quod
uxore ita prope sit quod possit sibi dicta
non non scandalum debito et oportet
quod in eodem debito loto aut in eadem
domo moretur. Sed filii leprosorum non
sunt cohabitandi manere dum infirmitas. Tercio
queritur utrum sacerdos leprosus cele-
brare missam. Respondeo secundum Wilhelmum propter
quod propter scandalum celebrare
non debet. Sed privatim si non est
nimis deformis non est prohiben-
dus. Sed tamen cessabit misericordia

quo ad sanos. Aliud exemplum nota. Sacerdos quidam leprosorum qui servabat murum inter se et leprosos et per foramen confessiones eorum audivit et corpus domini porrigebat, quod dimidius factus est leprosus. Et quod in ea parte remansit sanus qua videbat ad eos. Item quidam sanus abhorrebat adeo leprosos, ut nec elemosinam vellet eis deferre, et factus est leprosus.

Dominica 18.

Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei que data est vobis in Christo Iesu quod in omnibus divites facti estis in illo. 1 Cor. 1. Hec verba dicit apostolus corinthiis pro deo omnibus hominibus vere christianis. Non dico de illis christianis qui sunt nomine christiani et vita pagani, qui sunt Christi proditores sicut eius denuo hosti tradentes sicut diaboli ad hereticos qui sunt iudei apostate et mortales. Quod sic: homo apostata vere mortalis est. Qui viderentur divites esse si ipsi in quantum fuissent facti christiani. Sic mechus apostata iudeus est quamvis in quantum fuisset mechus. Ergo debemus et possumus christiani pro deo quod in omnibus divites facti in Christo. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda que tanguntur in hac epistola. Primo quod divitie spirituales in tribus consistunt. Secundo divitie spirituales precellunt omnes divitias huius mundi. Tertio de divitiis temporalibus cum vero exemplo. Quantum ad primum sciendum quod divitie spirituales consistunt in tribus. Primo in virtutibus. Unde ille divitie non sunt sicut divitie mundi. Iste divitie sunt divites tam nobiles preciose sunt quod omnes in celo et in terra tam angeli quam sancti non valent enumerare sufficienter omnibus modis et gaudiis suis virtutibus virtutum nisi solus deus. Augustinus de civitate dei. Primum est ipse qui divitias dedit. Gratia igitur iste divitie eo sunt de eis intendere. Unde felix est qui potest dicere cum David. Unde dicit psalmista: Multiplicabis in omnia mea divitie. Multiplicatio enim virtutum adipiscit hic sanctam gratiam et in futuro summam gloriam. Secundo consistunt in gratia quia qui habet divites est. Proverbiorum 31: Multe filie congregaverunt divitias. Loquitur hic de beata virgine que in divitiis gratie omnem puram hominem superposita est. Has autem divitias gratie nullus ex se habere potest nisi deo a largitate gratie tribuente. Gratia quidem homo non potest se ipsum constituere in eius viam. Et ita nec potest sibi tribuere gratiam per quam sit in bene esse gratie. Unde Christus: Nam homo sine gratia dei non potest se ad gratiam preparare nec etiam in gratia confirmari vel a peccato sibi tamen nec aliquid operari meritorium salutis. Unde apostolus dicit: Non sufficientes aliquid a nobis cogitare quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Oportet ergo quod omnis gratia veniat a deo. Primo etiam omnis preparatio ad gratiam est a deo. Et tamen inexcusabilis est homo si gratiam non habuerit quia gratia dei data ad quam homo aptus est per dona sua per se et libero arbitrio consentire et gratiam. Et hoc quod in se est facere ei consentire quo facto ponit gratiam quantam sanctitatem habet. Gratia hoc est ad gratiam se habilitare et motiori dei movente se totum habens ad gratiam est. Et quod facit homo quod in se est non gratiam habet et non potest falli. Et talis gratia maior est in uno quam in alio

secundum cooperationem gratie. Et quamvis gratia
dei semper presto sit tamen nisi apponat
homo quod suum est gratiam non consequitur
Unde augustinus Qui creavit te sine
te non iustificabit te sine te. Item
sciendum quod gratia dei sine qua nichil
possumus boni facere nec esse salvati
est quadruplex. Prima est operans que
1 fecit de nichilo aliquid. Unde apostolus Fu-
istis aliquando tenebre nunc autem lux
in domino. Et illa gratia datur sine meri-
tis non ex operibus que fecimus nos sed secundum
suam misericordiam salvos nos fecit
2 Secunda est gratia cooperans que de bo-
nis facit meliores. Ideo dicitur in psalmo
3 83 Ibunt de virtute in virtutem. 3a
est gratia perseverans que de predicti
vita transferret hominem ad patriam
Unde Mathei 10 Qui perseveraverit
in fine hic salvus erit. Circa 2a
gratiam quam illa 3a gratia sit tamen neutra
Quia sicut apostolus cooperatores sumus
4 Quarta est gratia salvans que retri-
buet merita Mathei 20 Quod iustum
fuerit dabo vobis. Apostolus Reddet
unicuique iuxta opera sua. Et illa datur
pro meritis. Unde dicit eciam Cum dei quod
in hoc seculo eterne habuistis mer-
cedem laborum reddo vobis. Tercio
consistunt ille divicie spirituales in bo-
nis operibus. Quod patet per Benedictum dum
divites fuerit. Nos vero videmus ad se-
sum quod fidelibus laborantibus opere
consumato redditur premium. Templum deus
creavit hominem ad ymaginem et simili-
tudinem suam ut sine beatitudinis sit capax
per bona opera. Quia illic nemo pos-
sidebit nisi per meritum bonorum operum
Et ideo qui vult ad eternam gloriam per-
venire debet in ista vita sibi thezaurizare
thezaurum in celo per bona opera in presenti
Quia post hanc vitam non erit tem-
pus congregandi seminandi sed fruc-
tus colligendi. Unde apostolus Tempore
enim suo metemus non deficientes. Ideo
ergo legimus hermitas operum bonum. Unde
Bernhardus de consideratione Si labor
terret et merces moveat. Unusquisque
enim laborem suum mercedem accipiet
Quantum ad 2m sciendum quod dicte
spirituales possunt dici divicie huius
1 mundi. Primo quia facile possunt haberi qui
eas volunt. Unde Ecclesiastici 15 Ante
hominem bonum et malum ad quod vo-
luerit extendat manum suam. Ergo quili-
bet vult habere bonum in quo consis-
tunt divicie spirituales potest. Quia in
eius potestate consistit si vult appetere
et querere. Johannis 16 Petite et acci-
pietis. Sed eius divicie temporales
multi volunt habere et non possunt quod
dicitur proverbiorum 23 Ne erigas oculos ad
opes quas habere non potes. Sed temporales
2 quod vix habere possunt. Secundo quod antiquita-
te non consumuntur. Job 21 Hic est
thesaurus sine defectu. Secus est de
temporalibus diviciis sed vinum quod
vestimenti. Unde Ecclesiastici Omne quod
senescit prope est interitum est. Tercio
quia violencia non adimuntur nec
rapiuntur quia nullus potest divicias
spirituales auferre a voluntate. Sed
temporales cum fraude et furto et
rapina auferuntur. Ea tamen contra vo-
luntatem possidentis. Ubi Augustinus
Deum ab anima nullus potest separare
nisi ipsa voluntas. Unde Gregorius Quod
nichil ita difficile potest amitti nisi
deus qui nequaquam nisi voluntarie amit-
titur. Sed enim alia. Et unde divine
fortunio sanitas et multa alia
contra voluntatem amittuntur. Sed solus
deus non amittitur nisi cum voluntas
se ab eo avertit. Unde Augustinus Dicite mea

te amittet nisi prius te dimittat. Nemo te dimittit nisi ipse velit. Unde Gregorius: Si bona mortis dimittis temporalia, invita nisi volens amittis eterna. // Secundo quia in iocunditate possidentur. Unde in psalmo 18: In custodiendis illis retribucio multa. Glosa: Eterna in presenti vita gaudium habent et iocunditate que tanta est quod dici non potest. Unde Basilius in Exameron: O dulcedo melliflua, dulcedo inaudita, quam dulcis es in meditacione, sed dulcior in oracione, dulcissima in contemplacione, sed super dulcissima in beatitudine. Sed peccatores non senciunt talem beatitudinem et dulcedinem. Et racionem assignat beatus Augustinus libro 10 confessionum dicens: Gaudium divine dulcedinis non degustans qui carnali delectacione ad maculas. Unde Beda: Relinque amaras dulcedines voluptatum que mentem tuam ad interitum. Tercio quia temporalia habent commixtam multam amaritudinem. Est enim labor in acquirendo, timor in custodiendo, dolor in amittendo, cupiditas in dando, pudor in non dando, angustia in expendendo, inedia, miseria in vita cum non expenduntur. Quid enim sunt omnia ista nisi amaritudines. Quarto quia distribuendo multiplicantur. Unde Bernardus: In hoc differunt bona temporalia et spiritualia: eterna distributa bona temporalia minuuntur, bona vero spiritualia distributa augmentantur. Eterna quando do in caritate bona opera mea non minus habebimus sicut lumine accenditur ab alio lumine. Et ideo hic pro tali quidem aliorum bona mea erunt. Exemplum de duobus quorum unus largus semper bona sua opera quidabat. Et cotidie dedit pauperibus helemosinas. Alius autem e converso. Cum ambo obiissent primus ad purgatorium ivit. Sed maiorem gloriam habuit propter caritatem et largitatem quam fecit. Secundus immediate post obitum celum intravit. // Sexto quia spirituales divicie animam ornant. Sed temporales animam maculant et coinquinant, quod innuitur figuratum esse in hoc quod ea que videntur preciosa inter temporalia ut est aurum et argentum manus tangencium inquinant. Ideo propheta spiritu sancto vocat eos lutum. Unde Abacuk 2: Ve illi qui congregat non sua, usquequo aggravat contra se densum lutum. Deterius inquinant divicie animam quam lutum corpus. Ideo apostolus recte arbitratus est eas ut stercora. Unde Crisostomus: Qui divites sunt non erunt immunes a delicto. Sed divicie spirituales ornant animam quia sicut pulchriores colores corpus pingunt et ornant, ita sunt quedam spirituales colores anime quibus anima depingitur et ornatur ut sponso celesti placeat, cum qua electa sponsa debet in eterna vita copulari. // Septimo quia nichil utilius est hominibus diviciis spiritualibus scilicet virtutibus. Unde Sapiencie 8: Que valent in vita et faciunt omnia opera meritoria. In morte quia feliciter moriuntur. Unde Apocalipsis 14: Beati mortui qui in domino moriuntur. Item faciunt ipsam mortem corporis preciosam. Unde dicitur in psalmo 115: Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Item post mortem quia eternam gloriam consequuntur propter divicias spirituales. Sed divicie temporales modicum valent in vita ad sustentacionem, sed ad eterna ad nichilum valent nisi ad os et ventrem replere primo et tegere nuditatem corporis. Unde apostolus: Habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simus. In morte nichil valent quia nec corpus a demonibus [illegible] nec homini in vita conservare possunt quia moritur pauper, moritur et dives, nec animam a demonibus. Propter quod illa poterunt dicere in die [illegible] per mortem proprius noscit nullus qui divicias [illegible] vanitatem de ipsis quod acquisite et lucrate sunt et quod ceperunt et possederunt. Quinto ad tercium precium dicit apostolus de divitiis temporalibus. Unde stipendium [illegible] divitie temporales non sunt ipsius hominis. Et in principio [illegible] videmus quod homo nascitur nudus intrat mundum. Ideo videmus quod terra vestita et decorata est graminibus et herbis et floribus virentibus, arbores corticibus et foliis, quidam lanibus, aves plumis et pennis. Sed solus homo nudus creatus nudus nascitur. Et postmodum nudus mundum revertitur ad sepulchrum. Job 1: Nudus egressus sum de utero matris mee et nudus revertar illuc. Apostolus: Nichil intulimus in hunc mundum etc. Unde si divitie temporales essent a natura hominis, utique nati nos divites nasceremur. Et ista mundo decente homines attendere non apponere corda sua divitiis. Propter illud quod legitur in ps. 61: Divitie si affluant nolite cor apponere. Illa divitie temporales vix sine peccato acquiruntur. Unde apostolus 1 Thi.: Qui volunt divites fieri incidunt in laqueos dyaboli. Unde hoc quidem

1. tripliciter quis peccat per divitias temporales. Primo quantum modo primo appetendo bona aliorum contra deum et iusticiam. Item appetendo iniustas res suas sed ad malum finem, ut ad peccandum, ut ad superbiam [illegible]. Secundo qui nimio appetitu et amore afficitur ad temporalia, quamvis non iniuste vellet ea acquirere, eo quod ille appetitus et amor temporalium expellit amorem dei et appetitum ipsius salutis. Talis etiam secundo peccat. Sed qui non appetit aliena sed voluntate contentatur sicut possidet sine offensa dei ac iniuria proximi, et tunc vel nullum

2. vel solum veniale committit. 2o peccat quis per divitias temporales iniuste acquirendo, scilicet usura vel ludo vel per fraudem vel emendo vel vendendo vel per furtum vel rapina. Illa quocumque modo quis res temporales iniuste lucratur et [illegible] peccat et tenetur ad restitucionem si vult salvari. Unde in decretis: Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. [illegible]

3. 14 q. 6. Similibus. Tercio peccat quis per divitias male expendendo, scilicet quando utitur ad peccandum contra deum. Tales sicut pro dampnacione etiam si nullas res iniustas haberent. Quod patet de illo divite epulone de quo legitur Luce 16: Qui induebatur purpura et bisso et epulabatur cotidie splendide et sepultus est in inferno. Et tamen non legitur [illegible] de eo quod fuerit raptor vel usurarius, sed quia res suas male expendit, scilicet in superbia vestium et gula et epulis, ideo dampnatus

4. est. Quarto peccat quis divitias nimis avare retinendo, sicut quando de superfluo pauperibus non subvenit in necessitatibus suis et tamen tenentur

raptore circa deo. Unde dicit Ambrosius: Non modicus est dominus Christi tollere quod non posset retinentibus denegare. Ergo tantorum stultus es te in mandere bona quod posset dare et nolis. Ergo possides temporalia de pauperibus providere. Unde Augustinus: Da Christo in terra qui tibi reddet in celo. Nam nimirum dico in vita presenti quod quis sibi ipsi subtrahit et propter deum dat plus valet quam mille in morte vel post mortem. Unde Ambrosius: Bona homo non sic querendo facere non potest. Unde Crisostomus super Matheum: Quodcumque propter deum tua feceris hoc tuum est quicquid hic relinquis perdis. // Aliud notandum de illo qui a divitiis suis quesivit consolationem in agone et non invenit. Unde legitur: Dives quidam cum in morte a divitiis auxilium imploraret et non potuit ab eis habere respondit ait: O fallaces divitie toto corde vos honoravi et amavi et in tanta necessitate possumus non aliquod auxilium a vobis nec consilium habere. Hoc pacto estis me deseritis nec valetis me sequi et ergo committo vos. Et hiis dictis distribuit omnia pauperibus. D. 19.

Renovamini spiritu mentis vestre. Ad Ephe. 4. Apostolus inducit nos ad renovationem spiritus que fit hic in presenti et tamen in futuro renovabimur corpore de qua etiam dicit Apostolus ad Philipp. 3: Salvatorem expectamus qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Sed ista futura renovatio corporis non fit nisi precedat in presenti renovatio mentis. Ad quam apostolus hic nos hortatur dicens: Renovamini spiritu mentis vestre. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda que tanguntur in presenti epistola. // Primo de renovatione mentis. // Secundo de recidivia et vindicta. // Tertio quomodo deus propter peccatum mortale offenditur. // Circa primum quod dicitur hic. 1 Ad quod fit admonitio de renovatione a senectute ad iuventutem non fit regressio. N Nota Wilh. lugdun. Peccatum vetustas dicitur eo quod vetustati in effectu multiplici assimilatur. 1o // Primo senectus corporis mortem propinquam facit. Unde Aristoteles: Omne quod senescit prope interitum est. Sic peccatum mortale facit hominem propinquum morti eterne. Unde in psalmo 106: Appropinquaverunt usque ad portas mortis. 2 // Secundo senectus visum obscurat. Sic peccatores non possunt videre nec misera sua in mundo nec supra sed in celo nec etiam peccata propria nec cum mortem certam et propinquam. Unde Sap. 2: Excecavit eos malitia eorum. 3 // Tertio corruptio dentium sic quod non possunt solidam escam comedere sed pulmenta et particulas. Sic peccatum facit quod solida i. eterna non sapiunt neque sapiunt sed flexibilia i. temporalia hominum mundi. Et delectationes corporis sibi sapiunt. Apostolus ait: Homo non percipit que dei sunt. // 4o Quarto canities causatur ex defectu caloris naturalis. Sic peccatum aufert calorem dilectionis dei et proximi, unde ex contrario humiditas hominum. Sic peccatum corrupto amore dei mutat hominem ad amorem terrenorum. Unde in psalmo 16: Oculos suos statuerunt declinare in terram. Item inferius factus sum et conatus ... in fine per corporis audivit de iudicans quod de deo potius videmus plures qui sacramentum eukaristie plus et frequentius cogitant de temporalibus quam de spiritualibus // Sexto tremor membrorum ex defectu naturalis caloris consumpte. Unde dicitur in ps. Ne proicias me in tempore senectutis cum defecerit virtus mea. Ibidem Ne proicias me a facie tua etc. Ergo peccatum hominem debilitat ut ad impulsum peccandi inclinatur in peccatum. Unde Gregorius Peccatum quod per penitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit // Septimo multitudo rugarum. Unde Cutis in rugis operitur. Sic peccatoris esse et iactans te et cum unum peccatum addes super aliud. Unde duplicem contrahit qui se de crimine iactat. Ab hac antiquitate hortatur nos apostolus renovandi dicens Renovamini spiritu mentis vestre. Ubi sciendum quod in veteribus legitur quatuor species renovationis in creaturis inveniuntur que ostendunt nobis duos modos sive renovationis // Prima species fit per ignem. Sic ferrum renovatur a rubigine. Et etiam aurum et argentum sic purgantur. Sic videtur dominus Ihesus corpus renovare hominem quod ponit eum in igne tribulationis dando ei infirmitatem corporis. Unde Ambrosius Infirmitas corporis sobrietas est mentis. Unde Eccl. angustia explanat ferrum per fornacem animam per tribulationem viro iusto // Secunda species est in serpente qui cum senuit et propter duritiem pellis non potest se renovare abstinet per dies decem ingrediens arctum foramen ubi pellem relinquit et sic fit eius renovatio. In quo designatur renovatio que fit per arctam penitentiam et abstinentiam. Unde Matheus Arcta est via que ducit ad vitam. Unde Bernhardus Si vis anime primam puritatem reparare oportet membra corporis affligere iudicare te ipsum ut non incidas in manus dei viventis // Tertia species est in aquila ut dicitur in ps. Renovabitur ut aquile iuventus tua ut aquila. Ubi dicit glosa Aquila dum senio gravatur rostro extente non potest os aperire et cibum capere. Unde incipit languescere. Sed demum rostrum suum allidit ad petram et comminuit uncum rostri quo cibus impediatur et tunc redit ad cibum. Et postquam est refectus per cibum tunc elevat se in altum ad deflagrationem solis. Et post proicit se in talem aquam ibi et tunc nimium cum se in scaturientem fontem et sic omnia reparantur ei ut sit sicut prius. In quo designatur renovatio que fit ad considerationem dominice passionis. Christus enim in statu crucis petra dicitur. Et hoc propter firmitatem. Unde Cant. Veni columba mea in foraminibus petre in caverna macerie. Sed tunc rostrum ad petram allidere quando per considerationem passionis a peccatis mortalibus revocatur. Unde Augustinus Hec medicina tanta fuit quanta cogitari non potest. A quo superbia sanari potest si humilitate dei non sanatur. Et avaritia sanari potest si paupertate filii dei non sanatur. Et iracundia sanatur si filii dei patientia non sanatur. Et impietas sanari potest si dei filii dei caritate non famelici. Unde dicit Bernhardus: Tanto est magis efficax ad impetrandum consilio voluntaria nec etiam ad perficiendum [illegible] aut quod voluerit corporis sedula meditatio. Tertia species devotionis est in cervo de quo dicit glossa super illud psalmi xli. Quemadmodum desiderat cervus etc. Cervus cum [illegible] a senectute decrescentibus pilis atque cornibus antequam serpentes quid tunc naturaliter inimicatur et haurit naribus venenum a serpente quo hausto veneno estuat ad fontem ad bibendum ardentissime desiderat quo hausto venenum in aqua emittit et pellem pilos et cornua deponit. In quo notatur nobis devotio que fit per lavare et lacrimare effusione ex contrito corde per quam anima peccatrix propter devotionem. Unde Bernhardus: Ego una lacrima de puro corde et contrito plorata plus diligit animam purgat quam vires peccatorum infra [illegible] et non cor amore. Exemplum de Maria Magdalena et sancto Petro qui Christum negavit. Unde Crisostomus super Matheum: Nichil ita in deo conglutinat et iungit ut lacrime quas et pro dolore et timore anima fundit. Quinta species est accipitris que fit singulis annis in quo denotatur devotio que fit per spiritum sanctum. Via prima perfectio novitate quam hoc per accipitrem in priori vita prevenit ex illustratione spiritus sancti qui animam super omnia illustrat et clarificat ex sinu radiis splendoris cristallinum corpus ex parte pectoris penetrat et ipsam in plenitudine [illegible] transformat. Sic et spiritus sanctus facit animam. Unde Fulgencius in sermone: Sicut radius splendoris subita illustratione totum mundum illustrat sic divina gratia subita visitatione totam mentem illuminat. Unde dicit Augustinus in libro confessionum: Quis michi dabit ut venias in cor meum et inebries illud ut obliviscar omnia mala et amplectar te solum deum. Sexta species devotionis que fit in fenice qui quando senuit congregat ligna aromatica in nido suo et alis suis igne concepto se ipsum comburit. Et ex cineribus suis avis sive species generatur. In quo denotatur devotio que erit in glorificato corpore quod implebitur illud Apocalipsis 21: Ecce nova facio omnia. Unde Anshelmus: In illa vita pulchritudo iustorum solis pulchritudinem septempliciter quia non sit splendidior adequabit. Quantum ad secundam partem illius sermonis dicit hic apostolus: Irascimini et nolite peccare. Ubi sciendum quod appetitus irascibilis datus est homini ut resistat viciis et malis suggestionibus. Et ex indignatione non patitur se trahi ad consensum peccati et reprimat malos motus in se et in aliis quantum potest et ulciscatur iniurias dei et transgressiones iusticie. Sic legimus Christum iratum fuisse phariseis et aliis malis non recte facientibus et etiam alii viri sancti. Unde Johannes Nyder theologie doctor dicit: Cum ipsius dominus meus quod remedia debebat hec contra iram inducere. Primum patienciam verecundando et silendo. Ira namque quamvis quandoque sit [illegible] ex celebratur [illegible] quod tamen est in animo. Unde qui irascitur sed prout [illegible] quod manifestatur exterius vel signo Christi ante [illegible] sed pro [illegible]. Tercium quod ostendat mundo verbo Christi ante dixit vir sanctus. Quartum quod evitet consortia [illegible] facto [illegible] ex dicto est antiquus non omnes [illegible] ante

istorum iudeorum opprobria iniquia fuit eo
mortis vnde ysa. lz. Non erat aspectus
neque desideravimus // Secundum remedium fu-
2 it cum tacere patet in concilio iude-
orum vbi audiuit contra se dici fal-
sa testimonia. Et etiam coram pylato
et coram herode tempore sue passi-
onis quod tacebat sed vbi coram to-
dente quod fuisset amplius gratiam
Sicud enim igne nec subtractis lig-
nis vnde Eccl. 8. Non litiges cum homine lin-
guato et non strues in igne ligna eius
Sic etiam secundum Crisostomum. Cum dimen-
ad dimicandum pugnatur manu sed econtrario
lingua se diuque leui allidat // Tertium
remedium contra iram iudeorum fuerunt
verba pacifica patet Jo. 8. Cum ad
maximas iniurias ipso illatas scilicet
vocantes eum demoniacum et samarita-
num mansuete respondit: Ego demo-
nium non habeo sed honorifico patrem
B meum et vos inhonorastis me. Glo-
sa dicit super Joh. Certe ista duo im-
properia iudei Christo sepius imposue-
runt scilicet dicentes eum samaritanum
et demoniacum. Quod enim dixerit eum sa-
maritanum causa manifesta fuit quia quo-
modo iudeis fuit notum. Ratio quia hoc sibi fe-
cerunt in odium et despectum. Nam
samaritani odiosi erant iudeis eo quod
quosdam ritus seruabat quod non
fecerunt iudei. Et etiam filiorum istorum
que terre possiderunt ad hunc tamen genti-
les manentes vnde Joh. 4. Non coutuntur
samaritani iudeis. Quod enim dixerint
eum demoniacum ratio dicit quia cogitationes
occultas ipsorum iudeorum reuelabat
et cognoscebat. Et sepius videbat
eis ad cogitationes ipsorum quod de-
mones prodere fieri dixerunt /// Quartum
remedium fuit ab eis recedendo Luce
4. Cum iudei in ciuitate nazareth
dixerunt super aliud montis super quod

ciuitas illa erat sita vt precipita-
rent eum ipse autem transiens per me-
dium illorum ibat. Item Joh. 8. Cum in-
lerunt lapides vt iacerent in eum
ipse autem abscondit se et exiuit
4 de templo // Quintum remedium fuit
beneficiorum largitio non obstante
eorum malicia quia iniuriantes ditauit et
doctrine salubriam dominica Joh.
8. Si quis sermonem meum seruauerit
non gustabit mortem in eternum. Et
in hiis debemus sequi Christum quia actio
est nostra instructio. Vnde Augus-
tinus de vera religione. Secundum quod Christus
gessit in terra disciplina morum fuit.
Ephe. 4. Sol non occidat super ira-
cundiam vestram i. non durat ad oc-
casum solis. Contra hoc faciunt indu-
rati homines qui iram vel iniuriam re-
mittunt iniurias proximis. Et isti sunt
1 valde mali. Et hoc contra tria. /// Pri-
mo quia non veri et boni christiani qui renun-
ciant in baptismo ad habendum
tam malle ad patrem. Et sic se ha-
bent ad proximos suos sicut celestis pater
ad eos. Math. 6. Non dimiseritis fra-
tres. nec pa. ves. di. vo. pec. ves. // Se-
2 cundo sicut sunt holofernes gentiles de
quo Judith 3o dicitur. Cor ferocitatis
eius nequaquam mitigare poterat
3 /// Tercio quia peius est sed similis
dyaboli. De quo dicit Gregorius. Cor
nullo potest placari obsequio. Vnde H.
quando vero lesus teneatur dimittere of-
fendenti. /// Respondeo quod per se tenetur ad remissio-
nem intrinsecam cordis quoad rancorem
vel non rancor illius qui impenitens
est. Et ratione ipsius non petit. Tamen
impenitenti non tenetur dimittere debita
sed exteriori quibus nostre pre-
stitiam et satisfactionem requiret ab

offendenti. Unde dicitur in decretis. Nemo tenetur iniuriam dimittere sibi illatam nisi sibi sit satisfactum 23 q. 4. Et ibidem. Crisostomus ad 3am partem dicit super apostolus. Noli tu locum dare dyabolo. Locum dyabolo dat qui deum a se per peccatum mortale expellit et dyabolum intus ducit quod non potest fieri nisi magna contumelia dei. Unde Bernhardus. Timeo enim quod tanto grauius sit culpa quanto dignior et nobilior est ille qui offenditur. Quod colonia primesto quod tanto peiore iniuria quanto maiori fuerit animula irrogatur. Bernhardus. Ubi nunc tandem. Ecce nichil in uniuersitate creaturarum tam offendit deum sicut peccatum mortale. Hoc solum est quod deum offendit et sibi summe displiceat. Omnia enim que in mundo sunt opera et creature dei sunt. Sed ipsum peccatum solum est ex operibus dyaboli. Unde deus intantum offensus fuit per peccatum superbie ut luciferum cum ceteris angelis apostatis de celo eiecit et in infernum precipitavit. Et tanta est multitudo qui ceciderunt sicut athomi in sole. Item propter peccatum inobedientie primos parentes de paradyso eiecit et ipsos parentes et omne genus humanum diuersis miseriis defectibus et passionibus afflixit. Nam ipsum peccatum est causa omnis miserie quam in isto mundo sustinemus ut famem sitim frigus dolores infirmitates etc. Insuper omnibus hominibus a minimo usque ad maximum genus ingruit mortis imposuit propter peccatum primorum parentum. Unde Augustinus in libro de questionibus noui et ueteris testamenti. Deus humanum fecit quod si deus non peccaret in immortalitate uigeret. Ecce deus intantum est offensus propter peccatum hominum quod totum mundum per diluuium deleuit exceptis 8 hominibus qui in archa noe manserunt. Item Zodomam Gomorram Adamam Seboym et Segor has quinque ciuitates et totam terram circumquaque cum hominibus et iumentis igne et sulphure combussit exceptis tribus personis scilicet loth cum duabus filiabus suis qui saluati sunt in monte uno quem ascenderunt de mandato angelorum qui eduxerunt eos de zodomis. Item intantum deus odit peccatum et intantum offenditur per peccatum mortale quod non est aliquis sanctus in celo quantumcumque sibi carus. Si possibile esset quod mortaliter peccaret eorum amicitia dissolueretur et eiceret eum de suo regno et cum lucifero ad infernum precipitaret. Item adhuc hodierna die deus omnipotens cuius magnitudinis non est finis intantum per peccatum offenditur quod quemcumque inuenit in peccato mortali homines dampnat eum sententia eterna nisi hic penitentiam agat. Ecce intantum offenditur deus per peccatum mortale.

Sed dicetis quid ergo restat peccatori agendum qui deum multipliciter et grauiter offendit. Respondeo nichil restat sibi nisi ut ueram penitentiam agat et se ualiter coram deo humiliat et cum humilibus lacrimis ueniam petat. Tunc deus placatur et dimittet sibi peccatum et offensam. Exempla de hoc in psalterio. Cor contritum et humiliatum deus non despicit. Sic faciebat illa peccatrix scilicet maria magdalena que humiliter procidit ad pedes ihesu et amarissimis lacrimis cepit rigare pedes eius. Unde Luce in euangelio. Dixit Ihesus ad eam dimittuntur tibi peccata tua vade in pace. Sic sibi modo ipse benigne peccatorem recipit quando

per vocem pronam ad ipsum dicebat
ymo eciam videbat pectore posse ad
se ps. illud Ier. 3. Revertere ad me
et ego accipiam te. Et in sequenti habetur
secundum augustinum in libro de virginitate
Crucifixus in cruce habet caput incli-
natum ad osculandum, cor apertum ad
diligendum Brachia extensa ad
amplexandum Totum corpus expo-
situm ad redimendum. Illud exemplum de
quodam iuvenis quidam religiosus intravit
qui in seculo fuit delicate nutritus
Et ideo vitam austeram sue religi-
onis sustinere non poterat panis
enim erat niger et durus et vinum
acre et dissimilia et omnia sibi vi-
debantur contraria que fuerunt ordinis
Et ideo petivit a suo prelato licen-
ciam recedendi dicens se non posse pa-
ti ordinem Tunc dixit prelatus qui
erat vir discretus Frater non potes-
tis recedere quia professus estis in religi-
one ista sed habete confidenciam in deo
et rogate eum ut possetis in aliis
sustinere quia fortassis dyaboli temp-
tacio est Ille acquievit breui tempore
et iterum temptatus est et multo grav-
ivit ad seculum Cum autem sic per vi-
am apparuit crucifixus in specie cuiusdam
iuvenis et sequebatur eum per eandem
viam Ille autem festinabat quantum desspera-
tus nesciens quis deberet hec Crucifixus
autem sequebatur eum clamans expec-
ta me Ille autem amplius currebat
Tunc dominus vocavit eum nomine proprio
dicens ei taliter Frater expecta me et ibo
tecum Tunc recordatus quod vocabatur sic et
admirandus per amicum quis ei dix-
isset non stetit et quod fortius cepit eum
voce et crucifixus altius clamare Tan-
dem tedio victus expectavit eum Et

tunc crucifixus quesivit ab eo quo vellet
Redit quod ad se Ego ibo viam
meam sed et tu ubi desideras facere Tan-
dem probus utrique dixit ei Cur re-
ligionem dimisisset et ibat ad secu-
lum Tunc crucifixus elevavit vestem
et brachium et latus discooperuit Et
vidit eo vulnere lateris ipsius sangui-
nem fluere Et dixit ei Revertere
ad locum tuum Et quod invenies pa-
nem nimis durum et alia tibi contra-
ria intinge in latus illud et erit
tibi totum suave Et tunc ille rediit
et postea sancte vixit. Do. 20.

Subiecti estote in timore
Christi. ad ephe. 4. In verbis
istis hortatur nos apostolus
ad obedienciam que est mater et origo
omnis boni et consumatrix omnium vir-
tutum ut Gregorius in libro moralium
Obediencia sola virtus est que ceteras
virtutes menti inserit insertas-
que custodit Ergo dicit hic apostolus
Subiecti estote Unde in presenti sermone
tria sunt dicenda primo de virtute
obediencie et vicio inobediencie
2o de timore bonorum hominum 3o de
fructibus sub uno exemplo Quantum
ad primum sciendum quod obediencia est clavis
paradisi et via celi Prima prima
obedienciam eiecti sunt de terrestri
paradiso, sic per obedienciam intrabimus celes-
te paradisum Exemplum hoc dicitur Math.
2o Cur et ydeo reges per aliam viam re-
versi sunt in regionem suam Unde Bernardus
Nichil angelis carius nichil deo
proficuus Nichil homini fructuosius
quam obediencia omnibus modis sane
et summe unusquisque tenetur secundum p-
receptis suis obedire Et etiam pre-
latis in precepto eorum sunt in

festos celebrando et in ieiuniis ecclesie ieiunando et in dominica die totam missam audiendo. Et in quadragesima peccata sua confitendo. Et in pascha eucharistiam sumendo secundo. Unde Christus Luce 10: Qui vos audit et qui vos spernit me spernit. Unde de hoc dicitur In decretis: Qui contempnit vicarium contempnit et illum qui posuit eum. dis. 20. In nono. Unde Crisostomus in sermone: Maximum mobile venit quod angelus celum, Adam paradisum, Saul regnum, Salomon perdidit amorem domini.

G

Unde hic queritur utrum obediencia sit preceptum vel consilium. Respondet Thomas 2a 2e q. 104: Sic ergo obediencia continetur caritati dei qui exigit ut eius preceptis obediatur. In preceptis autem divinis continetur ut superioribus obediatur. Unde ad Ro. 13: Qui potestati resistit dei ordinationi resistit. Item continetur dilectioni proximi in quantum superiori proximo exhibet obedienciam quam ei debet. Ubi nota quod deus ab inicio inobedienciam graviter punivit. Nam pro transgressione primi precepti de non edendo fructum vetitum primi parentes et tota posteritas dampnata est. Gen. 3. Item 2m preceptum quidam transgrediens per blasphemiam adeo iubetur extra castra ab omnibus lapidari. Levitici 24. Item 3m preceptum quidam transgrediens qui modica ligna sabbato colligens per lapidacionem ex iussu dei. Numeri 15. Item Saul contra dei preceptum servans victimas de regno eicitur ut a demonio possideretur. 1 Re. 15. Item Oza archam dei contra preceptum tangens subitanee a deo occiditur. 2o Re. 6. Ideo psalmista 118 dicitur: Tu mandasti mandata tua custodiri nimis, id est valde. Unde studere debemus sollicite obedienciam obediendo servare. Unde Bernhardus de precepto et dispensatione: Quidquid vice dei precipit homo quod non sit certum displicere deo, haud secus omnino accipiendum quam si precipiat deus. Idem Bernhardus: Obediencia que maioribus prebetur deo exhibetur. Exemplum de obediencia. Legitur enim quod duo fratres carnales venerunt in quoddam monasterium habitare. Et unus ex hiis erat religiosus valde alte habens obedienciam grandem. Cum ergo abbas preciperet illi fac hoc et fecit, in hoc consuetus erat in monasterio quod talem obedienciam haberet. Invidit fratri eius ille religiosus et dixit intra se ipsum: Temptabo hunc fratrem meum. Invenit quod misit eum in quodam loco. Et dimisit eum abbas. Cum ergo pariter consuevissent, voluit temptare eum et permisisset ad flumen in quo erat multitudo cocodrillorum, dicit ut ei descendere in flumen et traheret, et descendit ille. Et venerunt cocodrilli et ceperunt lingere pedes eius et ei non nocuerunt. Quod cum vidisset ille dixit ei: Ascende de flumine statim. Et cum recederent invenerunt corpus mortuum iacens in via. Et dixit ille religiosus: Si haberemus aliquid ex vestibus vestimentis mitteremus super illud. Cui ille dixit: Oremus si forte suscitet illud deus. Et stantibus illis in oratione suscitatus est mortuus. Et laudavit se ille religiosus dicens: Propter religionem meam suscitatus est mortuus. Ille manifestavit autem deus patri in monasterio opera eorum omnia. Et quemadmodum temptavit fratrem suum in cocodrillis et quomodo mortuus surrexerit. Et postquam venerunt in monasterium dixit abbas ad illum religiosum: Quare sic fecisti fratri tuo, frater, quod propter obedienciam suam surrexit mortuus ille.

N

|| Quantum ad 2am partem dicitur hic
apostolus In timore Christi. Ubi sciendum
quod quatuor sunt quibus considerandum causa quare quantumlibet-
que bonus semper debet stare in timore
1 dei. Et quidquid corpus prima quod licet
de peccatis preteritis satisfecerit deo nescit
si vere contritus est de culpa sicut invenimus
de veritate. Unde Eccl. v. De propiciato
peccato noli esse sine metu. Item pro-
verbiorum xxi Quis potest dicere mundum
est cor meum purus sum a peccato. || Secunda
2 ratio utrum bonitas sua placeat deo
nesciat unde apostolus Non enim qui
se ipsum commendat ille probatus est.
Salomon Est via que videtur homini
recta. Apoc. 3 Dicis quod dives sum
plendo se et inebriando Et diminuitur
crumena et intrant tabernas Et festa
frangunt Ieiunia scilicet bona vita de aq
plus frangunt preceptum de sanctificati-
one sabbati quia in die dominico vel alio
festivo mortaliter peccant hoc pro et in
multitudine magis possit dispensatio fieri
in laborando Sed non in [illegible]
lurcando inebriando ludendo et
luxe || 2o solent sancti templa con- 2
strui altaria erigi et ministri ad ser-
viendum ordinari tempus etiam Sic gu-
losi faciunt deo suo Unde hugo de
sancto victore li. 2o de claustro anime Co-
lunt dii sui templa construi altaria erigi
etc Coquina templum gule et coquina
altare mensa ministri coci ymmolate
pensos tocte carnes fumus incensorum
odor saporum Unde etc || 3o de primo bono
Cum abstinentia non est epulare crede-
tis divites attendant supplicium cui tan-
ti in inferno mittuntur ignes sicut mo-
dica gutta hic epulare fuit copia 3o O 3
solet vita et miracula aliorum sancti
predicari ubi sequendum Et alii sancti ce-
cos fecerunt illuminare cecos Sanant clau-
dos suscitant mortuos Sed deus gulo-
sorum illuminatos facit cecos Taverna multi
qui visum perdiderunt oculos Et mu-
tant plures talium oculorum Item
expeditos in pedibus facit claudos
Quot sunt qui non possunt de sero re-
de tabernis pedibus suis ad domos su-
as Item alii sancti mutis prestant loq-
uelam Hic autem facit homines balbutien-
tes et impedit eorum lingue quam ante
fuerant Item alii sancti infirmos sana-
bant Sed iste sanctus facit sanos infir-
mos etc Unde hugo de sancto victore
Ebrietas mentem rationis obfuscat

Contentiones et bella provocat. Rebus et naturalem virtutem enervat. Infirmitatem generat, mortem naturalem inducit. Rebus temporalibus spoliat. Et quod deterius est divinam maledictionem inducit. Ebrietas aufert memoriam. Confundit intellectum. Concitat libidinem, involvit linguam, omnia membra debilitat, vitam diminuit et omnem salutem exterminat. Ergo vos gulosi et ebriosi honorate istum summum ventrem qui tot miracula facit qui sic vos flagellat in corpore vestro. Unde quilibet ventrem potest dicere illud ut habetur in psalmo: Fui flagellatus tota die et castigatio mea in matutinis. Et vere in matutinis quia usque ad profundam noctem erant in epulis et ebrietatibus. Exemplum qui vidit picture diviti ad penas hic epulone dixit. Erat quidam nobilis opulentus et mundi ornatus. Hic cum quiesceret in lecto, camerariusque suus iaceret ante cameram, rapitur in visione ante thronum dei, et ibi accusabatur dominus suus de omnibus que gesserat, pro quibus accepit sententiam damnationis. Et cum magno tripudio ductus est ad Luciferum. Tunc Lucifer: Adducite eum ad me ut dem consolationem speciali amico meo. Et cum adductus fuisset dixit: Non sit tibi peius in secula seculorum amice. Et quia ipse consueverat balneari, ducite eum ad balneum infernale ut vocibus dyabolorum clamatur aliqui igne sulphureo eum fundentes. Eductus de balneo ductus est in lectum infernale. De quo dicit Ysaias: Subtus te sternetur tinea et operimentum tuum vermes. Et dixit Lucifer: Date ei post balneum de tali re vere dei. Et propinatum est ei ignis et sulphuris que est pars calicis eorum. Tunc cum clamaret sufficit, dixit Lucifer: Audivi consuevit dulces symphonias. Cantate symphoniam. Et ecce duo demones cum tubis igneis igne sic in eum insufflaverunt ita ut de oculis naribus et ore egredietur. Lucifer ait: Adducite eum ad me. Et adducto eo dixit: Cantasti amatorias cantica sic mihi unam. Et ille: Quid cantabo nisi maledicta dies in qua natus sum. Canta melius. Quid cantabo nisi maledicta sit mater que me genuit ad hunc meliorem. Et miser dixit: Quid nisi quod ipse deus sit maledictus qui me nasci permisit. Hoc est, dixit Lucifer, quod ego volo. Ducite eum in sedem quam meruit. Qui precipitatus est ad unum puteum et factus est excerptus ac si totus mundus caderet. Ad quem strepitum evigilans camerarius currebat ad dominum cameram et dominum suum mortuum invenit. Narrata itaque visione dominum intravit ordinem. Exemplum [illegible].

Item de muliere divitissima que in deliciis corpus nutrivit. Quedam dux uxorem habuit que ita tenere et delicate vivebat ut communibus aquis se abluere dedignabatur. Et servi eius de rore celi undique collecta laboriose ei balneum preparabant. Cibos non tangebat et propriis manibus sed per eunuchos in frusta concisos fuscinulis aureis ori suo adhibebat. Tabum corpus ita redolebat quod vix sit auditu incredibile dum sit

vnes indicio dei pressa Ita vnes
computruerunt vt fetorem eius iam
nullus ferre posset Relinquentibus
eam omnibus familia preter sola vna
ancilla que vsque in suo fine per
mansit non sine spe et dolori
um angelus tribulare et qui seruitum
ei miserans et diem clausit extre
P mum // Quantum ad 2m dicit hic
apostolus Nostra conuersacio in celis 3
est Vbi notandum quod exemplo apo
stoli debemus conuersari in celis 1
Ideo cottidie oramus pater noster
qui es in celis // 2o quia ibi est the 2
saurus noster Math 6 Vbi est
thesaurus tuus ibi et cor tuum
// Tercio quia ibi est vera patria nostra 3
ad quam vocati sumus Et ad quam
cottidie anhelare debemus vnde augustinus
super Johannem Tota vita boni christiani
in sit sanctum desiderium vt inces
ter desideret celestem patriam Ra
cio quia dum in hac vita sumus peregrini
et peregrini sumus Vnde apostolus Non
habemus hic manentem ciuitatem sed
futuram inquirimus Ex quo properamus
ad patriam nostram Tunc audiemus
illud verbum apostoli ab omnibus sanctis et
angelis Iam non estis hospites
hospites et aduene sed estis ciues sanc
torum et domestici dei scilicet patrie celestis
Nam in celo erimus ciues omnium sanc
torum et angelorum et domestici dei scilicet
patris et filii et spiritus sancti vbi melior dies est
sicut hic dies vna vnde psalmista Vtrum mil
Cr le anni vel Bo² Saluatorem expe
ctamus dominum nostrum Jhesum christum qui
Bo² reformabit corpus humilitatis nostre Saluatorem
expectamus Hec vnde corpus quod
ieiuniis vigiliis et diuersis labo
ribus atteritur corrupta mouetur et

per mortem in putredinem. et post
putredinem in vermes in abiectissimum
puluerem conuertitur. Tunc reformabitur
et corpori suo glorificato configura
tur. Hoc erit in quatuor dotibus cor
poris. scilicet in claritate. subtilitate agi
litate. et in impassibilitate // Primo ergo 1
reformabitur et configurabitur corpus
nostrum corpori christi in claritate Math
13o Fulgebunt iusti sicut sol in reg
no patris eorum. Vnde Bernhardus. In libro
de consideracione. Qualis putas tunc
erit splendor animarum, quando sol splen
dorem habebit corporum // 2o in sub 2
tilitate. vt sicut corpus christi post resur
rectionem palpabile fuit manibus dis
cipulorum. Et subtile ita vt per ianuas
clausas intraret Ita corpus glorifi
catum palpabile quidem erit sed subti
le ita vt omnia corpora quantumcumque spis
sa et solida valeat penetrare Vnde Gre
gorius In illa resurreccionis gloria
corpus nostrum erit subtile per effectum spiritualis
alie potencie sed palpabile per veritatem
nature // Tercio in agilitate vnde augustinus 3
vbi volet esse spiritus ibi protinus erit et
corpus // Quarto in immortalitate Ra sicut
christus resurgens ex mortuis iam non mo
ritur Sic et nos resurgentes primo nichil R
erit quod ipsum hominem ledere possit Apo
21 Mors vltra non erit ibi neque luc
tus neque // Vbi notandum quod deformato
homine reformatur enim mundus et omnes
creature propter hominem create sunt sic
homine renouato Apoc 21 Vidi celum
nouum et terram nouam In hac autem
reformacione non mutabuntur substancie
sed qualitates Et nunc sol luna et stel
le multo maiore claritate ampli

nec. Ysa. 30. Erat claritas solis septuplum sicut lux septem dierum. Item aer multo clarior erit quam nunc et multas habebit impressiones. Nec nubes erunt nec venti nec pluvie nec ros nec grando nec tonitrua nec fulgura. Item in igne superiori et magis dyaphaneitas multa claritas et pulcritudo erunt. Et caliditas in igne et frigiditas in aqua deorsum minuentur et cessabunt ut Basilius. Caliditas ignis et frigiditas in aqua interimentur. Et perspicuitas in aqua et lucidum in igne remanebunt. Item terra depurabitur et complanabitur et erit sicut cristallus. Item opacitas et grossicies terre deorsum tendent et in inferiori parte remanebunt. Et breviter loquendo quicquid defectivitatis est in omnibus hiis consumetur et deorsum mittetur ad maiorem penam reproborum. Quicquid autem pulcritudinis est in eis hoc augebitur et remanebit in eis ad maiorem delectationem electorum ut et delectationi corporis intellectualis addatur delectatio in visionibus supernis contemplacionis. [illegible]

Cum nobilis quidam adhuc gentilis febre arreptus laboraret anima ad celum ascendente in funere capitis et adiacentibus omnibus qui circa illum erant aufugit inde. Et tribus diebus et tribus noctibus per [illegible] abierat. Tercia autem nocte digesta anima ad se rediit corpus vivificans. Cui in lectulis sedentes solliciti quid factum vel quo se verteret inquirebant. Et post instantes medicorum discussiones rettulit se vidisse in medio carnis ingentis luminis spectans qui manibus et pedibus ascendit in medium. Et ecce super eum solis fulgore regem admirabilem vidit in throno aureo residentem. Et ad eius dexteram reginam inestimabili decore fulgentem. Vidit insuper seniores et pueros in thronis aureis assidentes ministris quoque omni parte volitantibus hoc [illegible] cantantes. Hunc ut vidit gentilis super id quod dici potest obstupuit. Nec mora unus ministrorum a rege iussus eum vestibus induit et ad regem duxit. Tum rex [illegible] in rebus humanis plus quod vidisti. Et ille nichil inquit domine. Et rex ad eum: Ego sum magnus [illegible] deus rex et dominus sempiternus. Tu autem cedibus ad populum tuum et principes in eternum in gente [illegible] quam in [illegible] tue duos [illegible] et [illegible] quibus eum dicere [illegible] hec ut audivit gentilis venit [illegible] toto sensu [illegible]. Et inquit ad eum: Impossibile est inquit [illegible] [illegible]. Sed si [illegible] ut [illegible] ista [illegible] precedere. Hoc dicto miles se in equo albo suscepit illum et in [illegible] in equo albo suscepit illud et in [illegible] populo mirante [illegible] apud eum diebus tribus [illegible] et tunc post repente disparuit. Nobilis autem ut [illegible] erat [illegible] et [illegible] et credens ad fidem cum multis [illegible] sacrum baptisma suscepit. Vestes autem quas induerat suscepit purpurei coloris erant atque mollicie operis vero arte plumarie nec artificium adverti poterat nec textrinum s super omne aromaticum horti diuina virtute congestum est. Hec Wilh(elmus) in libro de apibus. · Dominica · 2a ·

Non cessamus pro vobis orantes et postulantes. Col. 1. Nos enim videmus ad sensum quod amicus alicuius apud aliquem regem vel principem solet pro amico vel cognato ad eum pium intercedere ut aliquod bonum temporale a rege consequatur. Sic eciam apostolus paulus tamquam fidelissimus amicus ut nos a rege aliquod bonum spirituale consequamur ostendit se pro nobis intercedere in verbo proposito dicens Non cessamus pro vobis orantes. Vnde in presenti sermone tria sunt dicenda que tanguntur in presenti epistola. Primo de oracione quod debet de puro corde procedere. 2o de voluntate dei. Tercio quid sensus [illegible] hominem commendat in vno quoquo. Circa primum sciendum ut nostra oracio deo placeat et ab eo exaudiatur debet esse pura ut ex corde puro procedat. Nos videmus ad oculum quod riuulus de fonte emanans non potest esse purus nisi fons a quo emanat sit purus. Sic oracio mea procedens de fonte cordis mei non potest esse pura nisi ipsum cor a quo emanat sit purum tam mundum a mala intencione quam a mala actione. Et ideo quando cor ab hiis est purificatum tunc oracio nostra sit pura et exaudiatur a deo. Vnde in ps. 31. Orabit ad te omnis sanctus i(d est) mundus et purus quia sanctum idem est quod mundum. Vnde 1 Joh. 3. Si vero reprehenderit cor meum nos fiduciam habemus ad deum quidquid petierimus accipiemus. Sed si cor nostrum sit impurum tunc oracio mea non exauditur. Vnde in ps. 65. Iniquitatem si aspexi in corde meo. Augustinus. Nisi sit sancta pura a peccatis a deo non exaudietur. Magdalena inebriata lacrimis cordis et meruit quod exaudiretur. Sed posset quis dicere Quomodo enim faciam ut mundum cor habeam. Respondeo quod nichil utilius est ad mundandum cor sicut aqua vere contricionis et devocionis. Vnde Augustinus. Vna lacrima de puro corde procedens plus valet [illegible] quam decem anni in purgatorio. Vnde Crisostomus super Matheum. Sicut enim post vehementes imbres aer purus et mundus efficitur, ita eciam post lacrimarum pluuias serenitas sequitur atque tranquillitas mentis. Vnde Isidorus. Quot lacrimas fudimus tot consolaciones meruimus. Sed vnam fudi lacrimam et vnam merui consolacionem. Decem lacrimas fudi decem merui consolaciones. Ergo studeamus diligenter cor nostrum mundare et custodire nostrum a prauis cogitacionibus et a verbis mendacijs et ab operibus iniustis ut sic deus oraciones meas exaudiet. Et post hanc vitam claram visionem ostendat. Mt. 5. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Quanto ergo quis se hic ipso per mundiciam cordis et corporis conformauerit tanto ei propinquior in patria erit et ipsum clarius videbit. Vnde Cap. 6. [illegible] facit deo. Vnde cum sint ista dicta de oracione queritur Vtrum abrupcio oracionis sit peccatum mortale. Respondeo sic videre quod Primo quando cadit sub voto alicuius oracionem. 2o quando obmittit horas canonicas regulares non impeditus qui tenetur sub precepto. Tercio quando oracionem facere contempnit in sacro [illegible]. Quarto quando aliud non valens temptacionem tendenti ad mortale respice. Quarto qui in statu quo preceptum est deo se huic non inpendit aut deum non diligit sed aut non orat, nisi quibusdam horis tunc impeditus. Quantum ad 2m dicit hic apostolus ut impleamini agnitione voluntatis eius. Unde Hugo Nulla enim cognicio utilior est quam cognicio divine voluntatis. Ad ephesios 5 Nolite fieri inprudentes sed intelligentes que sit voluntas dei. Ubi notandum quod voluntas dei quadruplex ad nos et quantum ad deum specialiter. Prima enim pertinet ad servicium quod sibi vult a nobis inpendi. Secunda ad premium quod vult nobis tribuere. Prima voluntas dei circa servicium exhibendum est quod quilibet qui vult deo servire studeat habere puram conscienciam et servicium placeret deo acceptum. Ita faciebat apostolus paulus 2 ad thimotheum 1 Gracias ago deo meo cui servio a progenitoribus meis in pura consciencia. Quod enim est valde bonus et decorus quod iste deo serviat in pura consciencia quem deus ad ymaginem suam creavit et pre omnibus creaturis elegit et nobilitavit sicut omnes alias creaturas subiecit. Psalmista Omnia subiecisti sub pedibus eius. Unde Hugo de arra anime O homo considera hunc finem omnis naturalis creatura ad servicium suum dirigit ut tuis utilitatibus deserviat tuis oblectamentibus secundum distinctionem temporum occurrat. Celum tibi deservit per suum motum luminaria celi per suum ministerium. Sol tenet tibi diem luna illuminat tibi noctem. Ignis tepefacit tibi aeris frigiditatem aer tibi mitigat ignis caliditatem. Aqua tibi mundat fetorem et tibi contribuit suum ve-docem et fecundat terre rigorem. Terra vero te sustentat per sui soliditatem decorat sua fecunditate et delectat sua amenitate. Ecce quomodo omnis creatura modo suum dirigit ut tuis utilitatibus deserviat. Item sciendum quod est proprium servi facere sic proprium est liberi libere. Ideo homo est servus dei quia a deo est creatus et redemptus, et habere debet mundam conscienciam et in mundo corde servire domino, non soli deo possit servire. Quarta servicia deo in peccato mortali exhibita amittuntur quia non sunt deo accepta nec habent meritoria vite eterne. Si enim homo in ista vita faceret omnia servicia et omnia opera que fiunt ab omnibus hominibus usque ad finem mundi si haberet unum unicum peccatum mortale eternaliter si haberet omnia bona que fecerunt beata virgo maria et omnes sancti in celo omnia amitteret. Unde Gregorius Quicquid boni operis facit in peccato mortali amittit sed non merendo vitam eternam. Unde acceptum est homo pauper qui in pura consciencia mundum opus facit bonum, quam ditissimus rex vel princeps ecclesias vel monasteria edificans et elemosinas largissimas tribuens. Et in aliis bonis operibus se exercens si in se habet maculam mortalis peccati. Plus enim pauper ille uno die meretur de premio celesti quam dives rex vel princeps gloriosus mille annis. Unde ait apostolus Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, caritatem autem non habuero nichil michi prodest. Unde et Bernhardus

Caritas est bonum sine quo nec opus minimum despicitur similiter nec magnum acceptatur. || Secunda voluntas dei qua volt sibi servientes remunerare est multum liberalis. Hoc probatur primo in hoc quod ipse vellet omnes homines sibi servire ut sic haberet occasionem omnes homines remunerandi. Et non ideo ut egeret servicio nostro sicut dicitur psalmista: bonorum meorum non indiges. Et quod deus vellet omnes homines sibi servire et sic consequenter salvari patet per apostolum ad thimotheum 2o: Deus vult omnes homines salvos fieri et ad agnicionem veritatis venire. || 2o probatur in hoc quod ipse dedit ut sibi serviatur, et sic hoc servicium nostrum liberaliter remunerabit. Unde dicitur in psalmo 83: Graciam et gloriam dabit dominus. Nam pro temporali servicio dat eternum et infinitum premium. Augustinus: Quandoquidem hominis nulli merentis gracia donat nichil deus in nobis preter sua dona coronat. Tercio in hoc probatur quod ipse mercedem solvat eciam illis qui veniunt tarde ad servicium eius circa vesperas vel circa completorium tarde veniunt dum solum dies sit. Unde Math. 20: Volo et huic novissimo dare sicut et tibi. Quantum ad 3m dicit apostolus: In omni tempore bono fructificantes et crescentes. Nos videmus ad sensum quod bonus et fidelis operarius magnam mercedem recipit fideliter et quanto laborat. Sic deus vult habundanciorem premiare et maiorem mercedem dare illis qui se hic in bonis operibus exercent. Ideo nos debemus cottidie crescere in bonis operibus ut et premia perhabeat vitam ab eo recipiamus. Nam tanta premiacio et gloria in celo esse dicitur quod si homo perfecte posset scire quod si esset in infimo choro locandus libenter sine dubio deberet eligere quod centum annos deo vellet servire. Et propter hoc tanta vi in omnibus mediocribus penis et maceracionibus que posset ad quandam congruitatem ut posset ad 2m chorum pervenire. Et sic eciam libenter facere deberet ut de 2o ad 3m de 3o ad quartum et sic semper ascendendo donec posset venire ad thronum supremum. Tercio de reparacione lapsi. Sic cottidie oporteret nos tormenta pati si ipsa vellemus pro tempore tollerare ut eo uberius videre possemus in gloria venire. Et secundum eius unum consuevi non erat dignum pati omne quod triste est modo et tanti boni tante quod gloria participes haberemus. Unde est semper labor diuturnus nullum tempus longum videri debet quo gloria eternitatis acquiritur. Item sciendum quod deus tercio modo homines remunerat. Primi scilicet qui hic remunerantur temporaliter sed non eternaliter pro bonis operibus suis. Et sunt isti qui bona opera faciunt temporalem prosperitatem pro retribucione recipiunt de qua dicitur scilicet sanitate corporis divicias et honores prolongacionem vite perpetuandam. Secundi sunt quos modum remunerat respective loquendo ut qui in morte gaudent et petunt ut aliquod bonum habeant. Et est pena que solummodo in fine agitur vera est vera. Unde pena vera nunc sed fera, pena sic est vera non est fera sed se ra raro est vera. Unde legimus nisi solum latronem conversum in fine vite, pre dampnatos plures sunt qui es in fine vite. Et scriptura manifeste dicit solummodo de latrone ut nobis ostendat quam rara est penitencia in extremis. Unde Crisost. de compunct. festinare debet unusquisque ad deum penitendo dum tempus est, qui nunc dum volunt et tarde volunt ne omnino perit. Unde propheta: Querite dominum dum inveniri potest. Augustinus: Tene certum et dimitte incertum. Age penitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quod securus es, quia penitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti. Si vis agere penitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

3 Tercii sunt quos multum diligit ut sunt illi qui cito convertuntur cum adhuc iuvenes et fortes sunt et forte plus faciunt per penitentiam. Et tales deus largius remunerat quia talem conversionem et penitentiam magis amat. Verbi gratia: Quemadmodum quis plus diligit novam tunicam quam antiquam dirruptam, sic deus magis diligit conversionem et penitentiam iuvenum quam senum quia est fervencior et ideo magis diligitur. Unde apostolus: Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum proprium laborem. Qui ergo a iuventute et diucius deo serviunt in superioribus choris angelorum collocabuntur. Quarti sunt quos super modum diligit ut qui nunquam mortaliter peccaverunt et laudabilissimam vitam duxerunt et asperam vitam et penitentiam egerunt. Unde sanctus Iohannes baptista, deinde sanctus Nicolaus confessor qui duo dies in septimana semper ieiunabat quando adhuc infans ubera sugebat. Et alii quam plures sancti qui in abstinencia vixerunt. Et horum gloria tanto maior est quanto omnia bona opera eorum que fecerunt pure et integre eis prevenerunt ad premium eternum quia non habebant solvere aliqua debita pro peccatis commissis pro quibus oportet peccatores hic aut in futuro satisfacere. Unde eorum anime nullum malum impendunt.

Unde exemplum legitur: cum tempore quodam ministerialis quidam ducis Bavarie defunctus est, nocte vero quadam castrum in quo mortuus fuerat sic ingressus est ut tota mota videretur. Et ostio camere in qua iacebat aperto quasi confidenter ingressus cum strepitibus impellente maiori ... ingressus est. Tunc illa videns eum sedere fecit ... Tunc ille respondit: penis eternis dampnatus sum. Illa ait: nimis proficua videbatur. Ostendebas enim omnibus peregrinis et pauperibus pietatem et non ... esse ... ista. At ille: nichil profuit quoad vitam eternam eo quod vana gloria non quod caritate a me sunt facta. Tunc cum plus interrogare vellet, ille ait: Concessum est michi tibi apparere sed non licet hic diucius comparare quam diu forte stare quia peccata mea. Si enim omnia arbora silva ardent in lignibus, tamen ... mea exprimere non possent. Post hec evanuit est et impulsus hostio camere recessit cum ululatu eius ...

nus audit. Ecce impleta sunt
in illo que scriptura loquitur. Pote-
tes potenter tormenta patientur.

h Cess — Do. 24.

Ecce dies veniunt dicit
dominus et suscitabo david
germen iustum et regnabit rex
et sapiens erit. Iere. 23. Consuetu-
dinis est cum aliquod magnum solempne fu-
turum est multi homines aliquid loqui.
Unde de maioribus que sunt in mundo
fuit adventus filii dei in mundum.
Unde prophete multum locuti sunt de
illo adventu antequam fieret. Unde ipsa
ecclesia in diebus hiis quos ipsa le-
git cantat in ecclesia. Ecce dies
veniunt. Unde in presenti sermone tria sunt
dicenda. Primo quod quilibet peccator
debet querere dominum deum invenire potest. 2o
de malefactis qui facimus contra se fide.
3o vero de damnatione peccatoris. Et de uno
exemplo. Circa primum sci-
endum. Nota. Ista verba dicta anni
concordant cum prima dominica adven-
tus in missa quia in vocabulis agitur
de adventu christi in carne. In istis
notandum quod ipse christus est alpha et o
scilicet primus et novissimus. Primus in sub-
limitate et novissimus in humilitate.
Quoniam nemo illi sublimior et etiam
nemo illi humilior. Iste impossibiliter
quod iudicia mea opera ab ipso prin-
cipe incipit et ipsum finitur. Unde
Ioh. 15. Sine me nichil potestis
facere. Ecce dies venient et in futuro
die veniunt dicit dominus ubi no-
tandum. Tunc tempus conquerendi do-
minum ei qui per peccatum mortale ip-
sum amisit non erit scilicet in futuro
adventu cum venerit qui docebit
vos vias suas. Ysa. 2. Tunc dicite
dominum deum invenire potest. In eternitate non erit
sibi est. Unde quilibet peccator debet cognoscere
qui deum amisit acquirendo eum in vita
ista in qua ipsum potest invenire. Ve illi qui
non querit eum. Sed qui deum invenerit
omnia invenit. Sap. 7. Venerunt mihi
omnia bona pariter cum illa. Et loquitur sapi-
entia incarnata que est filius dei. Exo.
33. Dixit dominus ad moysen osten-
dam tibi omne bonum. Loquitur ibi de oste-
sione sui ipsius. Ergo qui deum perdit omnia
bona et se ipsum perdit. Et bonum es-
set ei si natus non fuisset homo ille
hinc deum desperatusque sit. Melius enim
esset ei non esse quam per esse longa-
tum fuerit peccatorum suorum ad eternam
damnationem. Unde in psalmo 118 funes
peccatorum circumplexi sunt me. Unde contra
peccatores et tortos contentibus sunt liberare
se et solvi a vinculis peccatorum. Nam
videmus quod aves inclusi undique sibi
querunt foramen ad evadendum. Narrat
dominus albertus magnus libro 23 de ani-
malibus. Et apud egyptios dicuntur
esse aves quedam que sunt tante pul-
critudinis quod nullus color videtur eis
deesse preter quam colorem aves pa-
radisi. Hee aves illaqueate gemere non
cessant donec moriantur vel pristine
libertati restituantur. Idem narrat de
terno quod quando rete capitur laqueatur. Ide
dicitur de natura vere de vulpe. Que
capta laqueo pedem proprium mordendo
abscidit ut liberetur. Spiritualiter loquen-
do homo quamdiu est sine peccato mor-
tali liber est. Sed postquam peccatum committit
libertatem. Quoniam qui facit peccatum ser-
vus peccati est. Nam homo per peccatum mor-
tale efficitur servus crudelissimi tyranni
scilicet diaboli. Ab hac autem servitute
miserabili homo per se ipsum liberari
non potest nisi manum omnipotentis

G

h

dei adiutorium. Cuius racionem assignat Textus super matheum ubi dicit Sed videmus in mundabilibus regnis quorum in principio nemo se ipsum regem facere potest sed populus creat sibi regem et eligit Sed cum vero iste fuerit creatus et confirmatus in regno iam habet potestatem in singulis et non potest populus amplius iugum eius de cervice repellere Et sic voluntas populi sed postea in necessitate convertitur Sic homo proprio peccat libero arbitrio utrum velit sub regno esse dyaboli Tamen cum peccando se tradidit sub regno ipsius non potest amplius de potestate eius exire sicut ille. Ex quibus re datur intelligi quod valde periculosum sit quod homo permittit se subici sue dominacioni a qua non potest propria virtute resurgere Homo enim se ipsum bene illaqueat sed se ipsum non potest solvere Sicut piscis cum per se intrat rethe et non potest recedere Sicut homo per se posset cadere in foveam et non potest exire sine adiutorio hominis Secundum ergo constat quod peccatori faciendum nisi clamare ad dominum dicendo illud Thobie 3 Peto domine ut de vinculo huius improperii absolvas me Unde dicitur in psalmo 145 Dominus solvit compeditos Unde Job 12 Vinculat eius quis solvet quasi dicat nemo nisi solus deus // Jeremie ad 33 dicitur hic In diebus illis salvabitur Iuda et Israel habitabit confidenter Iuda interpretatur confitens Ergo quicumque in vera fide confitetur corde ore et opere nomen domini salvus erit Contra hoc faciunt malefici et incantatores qui contra fidem catholicam quantum et multum peccant Unde hic queritur utrum malefici et incantatores possint vexare suis maleficiis homines ledere in rebus in corpore Respondeo Thomas 4 et dist. 1 Circa ceteri doctores Quod malefici ol- bus iste modis possunt procurare lesiones in hominibus et in eorum rebus cooperante demone in quibus ipse demon potest homini nocere Non autem malefici faciunt ipsum propria actione sed talia fiunt per demones Ubi gratia Exempla quod maleficia intingunt aquam ut pluat non causant pluviam Sed demon talibus signis tamen deus permisit potestatem habet in omnia corporalia et in aere ventos et nubes statim talia procurare et causare. Sed magica quod signum dat per scopam Sed demon illud procurat et agit ut pluat Unde secundum Thomam Tercium est quod demones grandines et fulmina et tempestates deo permittentes procurare possunt Dicitur Job secundo quod oves igne celesti consumpti sunt de aere descendente et demone procurante Sicut vehemens ventus qui domum deiecit et septem filios et tres filias eius domus interfecit Sicut quod maleficus ymaginem ceream vel aliquid facit quicquid moleste infert tali ymagini per maleficium et per aliud hominem punctura vel alia lesione quam nos realiter et visibiliter infert ymagini Sed invisibiliter demon ipsum hominem eodem modo ledit dei permissione si demeruit reus // 2° quod an liceat sit talia maleficia tollere Respondeo secundum doctores sub quadam racione aut tolli possunt sine superstitione ut per licitum exorcismum vel per oraciones vel intercessione sanctorum vel sacram talem confessione vel similia modo.

Et sic licitum est amoveri. Aut non potest tolli nisi per superstitionem vel per nova opera maleficorum. Et tunc est illicitum et contra scripturam. Non sunt facienda mala ut inde eveniant bona.

4 Tercio queritur utrum hii qui sunt in caritate licet possent per maleficos sicut hii qui in peccato mortali sunt. 5 Respondeo secundum Cassianum in collacione. Et nequaquam bonum eius in rebus per demonem et suos licet possint in meritum eorum et pravorum ut in bonis fortune que sunt divicie honores fama et sanitate corporis sicut patuit de beato Job qui in rebus et corpore lesus fuit per demonem. Sed in nullum peccatum homines trahi possunt per maleficia ipsis invitis licet temptari valeant ab eis et in torqueri ab eis. Sed nullatenus violentari. Sicut enim ponit idem Cassianus de duobus maleficis qui beatum Anthonium per tres demones successive missos de cella sua movere nequiverunt licet temptatum per hoc se sentiret. Sed signo crucis et oracioni contemplacioni resistit inefficacia fuerunt eorum maleficia. Sed in peccatoribus demon magnam potestatem habet. Unde Luce xi. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia que possidet. Si autem forcior superveniens vicerit illum universa arma eius auferet in quibus confidebat.

4 Quarto queritur. Cum malefici instrumenta sua maliciose per sacramenta ecclesie vel per alia divina tangi procurant ut scilicet eciam tenendo crisma sacrum vel ymaginem ceream sub palla altaris ad tempus ponendo et plura faciendo. 5 Respondeo quod demones instinctu ista fiunt triplici racione. 1 Primo ut non solum homines per talia perdi fiunt sed eciam sacrilegi divina quantum in eis est contaminando. 2 2o ut sic creatorem suum plus offendant. 3 3o ut specie boni apparente simpliciores facilius decipiant cum tangant divinis rebus et ordinibus a deo putant esse talia maleficia.

4 Quinto queritur utrum virtus aliqua subsit hiis que dicuntur de monte veneris ubi eius pulcritudo fertur dicuntur quedam fe libidinosa et voluptate ad placitum. 5 Respondeo Willhelmus in libro de universo. Totum vanum est et demones sic homines illudunt et in vilitate eius sic videatur cum tamen contraria sit. Unde refert Willhelmus quendam militem se sic putabat secum quandam libidinose qui evigilans repperit se in lecto realiter amplexari quoddam cadaver mortue bestie.

4 Sexto queritur utrum licitum sit demones conjurare. 5 Respondeo secundum Thomam ii ii q xc. Demones possumus adiurando per virtutem divini nominis quasi inimicos repellere ne nobis noceant vel spiritualiter vel corporaliter secundum potestatem datam a Christo Luce x. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et super omnem potestatem inimici et nichil vobis nocebit. Non tamen est licitum eos adiurare per aliquid addiscendum ab eis vel eciam ad aliquid per eos obtinendum. Quia hoc pertinet ad societatem aliquam cum ipsis habendam. Pro quo super illo Marci i dicit Crisostomus. Tacere fac. Nobis dogma dat ne credamus demonibus quantumcumque denuncient veritatem nisi forte ex speciali instinctu vel revelacione divina aliqui sancti

ad aliquos effectus demonum operacionem. Sicut legitur de beato Jacobo apostolo Actuum xii quod demones fecit Hermogenem ad se adduci. Sexto quia tempestate per sancta verba liceat contra grandines et fulmina et tempestates procedere. Respondetur quod sic. Certum est quod demones grandines fulmina et tempestates deo permittente procurare possunt. Nulli autem remedijs resistere potest quibus habent eciam ob causam universaliter et precipue campane tam anee pulsantur. Tum ut campanarum pulsibus deo consecratis demones recedant a suis maleficijs. Tum eciam ut populus excitatus deum contra tempestates invocet. Et ad eandem causam eciam eukaristie sacros et sacre verbis ad aureas fodendas ponunt precipue quidem ex antiquissima consuetudine ecclesie in gallia et in germania hijs temporibus videtur. Item capitulo de maleficiis ubi dicitur. Clerici qui faciunt vel impedientes ne labores hominum ventorum grandinisque lapidacione sternantur non peccant si primo digne sunt.

N Octavo quia unde ortum habeant benedictiones quas vetule hoc super infirmos et eciam viri quidam faciunt. Respondetur quod principium horum fuit sanctissimum via apostolorum et sanctorum virorum aliorum. Secundum illud Marci 16 In nomine meo demonia eicient et super egros manus imponent et bene habebunt. Infirmos visitaverunt et oraciones et sacra verba super eos fuderunt. Deinde devoti sacerdotes plurimi te perierunt quod devotissime oraciones et exorcismi sancti reperiuntur in antiquis hoc ecclesijs ad omnia que homines facere et pati poterant per devotos viros apostolicati olim sine omni supersticione. Sed superstitiosi homines ex instinctu dyaboli multa vana et illicita miscuerunt ad instar horum, quibus hoc utuntur circa infirmos et circa se falsa et contra fidem catholicam. Ideo quantum peccat ille perpendere qui ... incantaciones et ea peccata.

O Nono quia unde provenit quod se mulieres sepe in maiori multitudine reperiuntur supersticiose et malefice quam viri. Respondetur quod triplici de causa. 1 Prima quia prone sunt ad credendum. In signum huius Eva facile credidit verbis serpentis. Fidem autem malam demon principaliter querit. Ecclesiastici 19 Qui cito credit levis est corde. 2 Secunda quia a natura propter flexibilitatem complexionis faciliores impressionis sunt ad revelaciones recipiendas per impressiones et separatorum spirituum. Unde dicit Bona complexione cum bene utuntur multum bone sunt cum male peiores sunt. 3 Tercia quia lingua lubrica sunt ut ea que mala arte sciunt eis comparibus feminis vix celare possunt. Et cum infirme sint occulte per molestia sive per maleficia vindictam querunt in suis offensoribus. Unde dicitur Ecclesiastici 25 Commorari leoni et draconi placebit quam habitare cum muliere nequam. Brevis omnis malicia super maliciam mulieris. Hec omnia collegi ex scriptura Johannis Nider ubi scripsit super decem precepta.

P Quantum ad secundum dicitur hic et hoc est nomen quo vocabunt eum dominus iustus noster. Glossa Deus noster pater indicavit cum potestatem iustus retributor equitatem noster q

tatem videre, quia tam terribilem
impiis se exhibebit. Ita nobis
qui sibi modo cum diligentia serviunt
et eius admonitiones cum gaudio
receperunt se mansuetum exhibebit.
Unde Gregorius super Ezechielem: Redemp-
tor humani generis hiis apparebit et
speciosus iustis et terribilis et iniu-
stis, quem enim mansuetum aspicient
electi, hunc eundem pavendum atque
terribilem conspicient repro-
bi. Et tunc erit triplex pena re-
proborum. Prima erit separatio bonorum
1 et malorum. In presenti vita sunt semper
boni et mali. Hoc enim videmus
in corpore humano ubi commixti sunt
boni humores cum malis. Item in or-
to de herbis commixte sunt bone cogino-
mes cum malis. Item in agro et
in prato ubi bone herbe commixte
sunt cum malis. Sed in die iudicii se-
parabuntur boni a malis. Tunc enim
separabitur vir ab uxore, pater a filio,
mater a filia, frater a fratre, soror a sorore,
cognatus a cognato, amicus ab amico,
vicinus a vicino, famulus a domino, ancil-
la a domina. Unde Math. xiii: Exibunt
angeli et separabunt malos de medio
2 iustorum. Secunda pena est separatio a visi-
one dei et a consorcio iustorum et
omnium angelorum. Hec enim est maxi-
ma pena. Unde Crisostomus de ho.
in sermone: Excludi a bonis eternis et
alienum effici ab hiis que preparata sunt
sanctis tantum cruciatum et tantum dolorem
infert ut si nulla extrinsecus pena
3 torqueat hec sola sufficeret. Tercia
pena est gehenalis cruciatus, id est
ignis inferni in quo igne dampna-
ti habebunt penam acerbissimam. Et
de isto igne dicit Augustinus: Certum

tum distat ignis naturalis ab igne depic-
to tantum distat ignis infernalis ab igne
naturali huius mundi. Hic ignis hic non
indiget lignorum incensione quia ipsi
dampnati erunt ligna arida eternaliter
ardentia. Nec indiget aliqua suffla-
tione. Quia ira domini tanquam torrens
ventus inflabit ignem illum. Isti
habebunt multiplicatas penas quia pro
quolibet peccato mortali specialem pe-
nam. Et de hoc dicitur In decretis: Varia
crimina variorum peccatorum sunt cruciandi
1 de dis. q. i. Non offeras. Item habe-
bunt eternam penam que intollera-
bilis est et maior. Unde Ysa. lxvi:
Ignis eorum non extinguetur. Et quia ignis
tanta est violencia quod si impetum omnis
aque totius mundi influeret ipsum
non extingueret. Unde si dampnati
in inferno tali ponerentur condicione quod
una gutta tolleretur de mari singu-
lis annis et quamvis mare putarent
consumendum esse quod tunc deberent li-
berari a penis, utique absque dubio
libenter vellent illas horribiles
penas sustinere tam longo tempore. Sed
non sic impiis. Certum secundum Bedam:
In inferno nulla est redemptio nec
2 dolorum mitigatio. Unde Innocentius papa:
Hec est tota consummacio dolorum quod
perpetua in hiis penis fuerint per tot
milia annorum quot sunt stelle celi,
gutte aquarum, arene maris, attamen
spem non poterit habere de termino cruci-
atibus exeundi. Certum Math. xxv: Ibunt
3 hii in supplicium eternum. Quod
ante est etiam non habet finem. Unde quidam:
Vere dampnati pereunt. Et
malis communis. Reddit sanctus Thomas
dicit ipse presentia de malis duplicatur.

capitulo primo proprie et proprie tamen
quilibet de peccato penitet cum peccatum
in eo quod est peccatum abhominatur et
displicet sibi quod ante placuit
et hoc propter offensam dei. Et sic
dampnati nunquam penitent nec
dolent quod deum offenderint. Quia
voluntas peccandi in eis semper re-
manet, id est peccati et malicie. Primo tamen
pudet se tantum deum quod vellent quod
etiam plus offendissent. 2o capitulo 2o
penitere de peccatis propter animas quoad illud
dicit ratio aliquis adiudicati ut potest
pene et sic propter animas magnum affliguntur
quod peccatis commissis non dolent de pena
quam pro peccatis sustinent. Secundo quando 2o
utrum anime possent exire de inferno. Respondetur
tertio libri distinctione 40. Exire de inferno du- 3o
pliciter potest accipi. Primo simpliciter scilicet
redeundo sic non exibunt anime quod post se-
tentiam diffinitivam scilicet dampnate et
indurate. Unde Gregorius xv moralium. Ne-
quaquam ultra misericordia penitentes liberat
quos semel in locis penalibus in-
iuria dampnationis inducat. Secundo 2o
dispensative. Et sic anime dampnatorum
secundum dispensationem divine providentie
exeunt de inferno propter hominum in-
structionem et terrorem. Ex quo patet fal-
sum esse quod dampnate anime inter
homines appareant. Primo hoc aliquando fit. Et
cum dampnationem et penam semper se-
cum ferunt sicut demones ubicunque sunt
ferunt infernum id est penam inferni. Et dap-
nationem secum ferunt sine interruptione.
Tertio queritur utrum anime in purgatorio 3a
existentes possint exire et hominibus
apparere. Respondetur quod sic quando deus hoc permittit. 1o
Primo hoc fit deo permittente in testi- 1o
monium ut caveant sibi a peccatis.
2o hoc fit ad petendum suffragia 2o

ab ipsis viventibus hominibus quando in mun-
do. Ut hoc brevius exemplis multipliciter
probat per Cesarium dyalogo. Unde narrat exem-
plum de muliere que vidit penas mari-
ti sui in inferno. Miles quidam po-
tens nimie deditus torneamentis. Ma-
ritus est ante inhabilitatem suam
virginem relinquit ante uxorem vi-
tam devotam et valde sanctam que
motus ille marito ut remaneret se-
mper cum Albo sed ordine penitra-
tori nadeamut. Et ipse mortuus deo
rapta est in quedam excessu men-
tis. Et ipsa vidit circa animam viri sui
demones in magna multitudine congre-
gatos. Quorum unus eo hiis eminen-
cior ceteris omnibus aliis ad compe-
tes suos ponere caligas in pedibus
eius quarum spinula perciat aplan-
tas pedum usque ad tibias. Hunc etiam
eum loricam induere cuius spinula ante
et retro perciat totum corpus. Hunc ga-
leam capiti eius imponere cuius spi-
nula descendendo transeunt usque ad
plantas. Hunc scutum colli eius indu-
tum nunc ponere omnibus membris con-
quassaretur. Cum quo omnia secundum inquisitionem
ipsius principis demonum in animam mi-
seram compleret. Dixit ille racio de
moribus. Consuetudo ipsius erat
ut post torneamenta balneis foveretur.
Et tunc post balneum poneretur in lectum
et mox eum puella tenderet cum to-
phalcibus in toto sciebat. Ipse sol-
lius optate plurima vero mox flam-
mis balneatoribus aqua calida post
hoc in lectum ardente ferream posi-
tus mox eum bufo cum horribilibus
oculis ad magnitudinem lecti eius
amplexans et statim eum osculis adeo po-
situs est ut magis eum buffonis
illius horribilis quam amorem

purgatorii terribilem balnei vel lecti reparatio remanet. Heu quam digna pena talium. Illa enim beata mulier et nunc que sunt desponsata sunt deo de eius maritissima vidit. Omnibus diebus vite sue ex recordacione visionis adeo afflicta fuit ut nullus posset ambigere quin ea antea cognovisset quod illa supramodum quam credi potest in eo modo recordaretur. Item aliud exemplum de personis que viderunt penam purgatorii. Quidam peccator veniens ad verbum dei quendam in deserto peteret ab eo penitenciam sibi dari dicens. Qui non posset longam penitenciam facere nec esse recordatum. Et ea. Cum non posset nunc scire eum ad aliud inducere dixit famulo suo. Vade ad vallem illam vicinam et duces eum trade eum illi qui manet ut faciat eum facere penitenciam bone et recede ab eo. Quod cum fecisset et elongasset se paululum audivit clamorem ineffabilem quasi verberatum eum dixisse. Et post modicum tempus quam campanus relictus reductus est ad verbum dei. Qui cum misisset vocare dicens quod penitenciam cognosceret volunt recedere. Sed omnibus diebus vite sue vixit sit cum eo dimirabili timore permanens et ultro modum in penitencia se affligens. Qui ante dixit ei iniunctum ut ei pareret. Ipse recordans illius verberis nichil computans quicquid faciebat in comparacione ad illud quod debebat. Narrat vidi. Item narrant quidam magistri in theologia magistri narrare dicens se vidisse quendam qui dicebat se fuisse in purgatorio bis pariter qui de toto quod in mundo viderat poterat gaudere amara sibi videbantur omnia delectabilia huius mundi in tantum horrores videbat quam in terminis appetebat. De eo enim narrat magister Jacobus. Epistola 9 dicens. Quedam mulier evocata de purgatorio ad complendam penitenciam in seculo. Licet intantum affligebat se quod stabat in semper aquis et nunc coniungere et igne se involuebat. Quod cum quidam dicerent ignis purgatorius a quibus dicebatur vel quod non viderent eius dicentes in ipsis temporibus quod non credunt que de eo omnino vel quod non posset sibi aliquid de eo dicere.

Et sic est finis